BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA
KUL 1088
XVIII

BIBLJOTEKA [illegible] LUBELSKIEGO

IIa. 1009.

N 27305

VIA

AD SALUTEM ÆTERNAM

Solidîs vitæ Chriſtianæ Principiîs

IUVENTUTI

Loci Capuc. Lub.

DEMONSTRATA

à R. Patre MARTINO

ŁUGOWSKI SOC: JESU

Opus, etſi ad inſtitutionẽ Juventutis Scholaſticæ, primariò ordinatum Cujuslibet tamen ætatis ac Statûs informationi Conducens Ac uſui concionatorum ad Populum Deſerviens.

* *

Typis: Collegij Lublinenſis Soc: JESU Anno Dñi 1724.

Loci Capuc. Lub.

DE GENTILITIO JLLMORUM POTOCCIORUM

PILAVA.

AD JLLUSTRISSIMUM JOACHIMUM



Ter certos Joachime Tibi Fortuna favores
Summaq; ter Felix munera ſpondet Honor
Scilicet a Crucibus terna eſt Benedictio terna
Et nec ego valeo plura vovere Tibi.
Quos Juvenis teneros, quos vir maturior annos
Et quos ſerò ſenex, ter Benedictus ages,

JLLU

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA K.U.L.
XVIII.1088

JLLUSTRISSIMO
Domino Domino
IOACHIMO
à Potok
POTOCKI
CAPITANEO
LUCHOVIENSI
ILLUSTRISSIMI EXCELLENTISSIMI
Domini Domini
REFERENDARII
REGNI
Summæ Spei
FILIO.

QUam primus decurras, Viam ad ſalutem æternam Tibi objicio. Adoleſcentum EXCELLENTISSIME. Solidîs hæc vitæ Chriſtianæ principiis eſt demonſtrata, ſed ſiet ſecuturæ Iuventuti evidentior, cum illi Tuum acceſſerit veſtigium ut Lux, Tu ut in ortu dies. Viam ego hanc Sanctam Viam triumphalem, viam penè Regiam appellavero: hæc tria ſanguinem Tuum principaliter afficiunt, & efficiunt, hæc vocabula connata ſunt POTOCCIIS, non adſcititia; iſti characteres in Aurora Tua evidenter legi poſſunt & palpari. Igitur libro majeſtas in Te, à Zoilo ſecuritas per Te, innocens ſanctitas à Te derivata reputabitur.

Originem Veſtram Celſiſſimus PILAVA ſtatim ab exordio conſecravi, vivere non poteſtis POTOCCII, niſi ut Dilecti ſub cruce Diſcipuli: niſi ut Heraclii vindicatæ crucis bajuli; niſi ut Conſtantini à ternis Crucibus ad Imperium augurati. Imperator quidem ille integras, Domus Veſtra ſemitres adorandas exhibet: nempè vel mediam Crucem Regum coronis, & Principum mitris mutuam conceſſiſtis, vel tamdiu expectanda fuit Archiepiſcopalis Crux, ut PILAVAM adimpleret: vel deniq; ut paterent POTOCCII uno nonniſi Crucis ramo minores eſſe Conſtantinô Magnô, & ſolo: De reliquo pares illi manu ex victoriis, ſi in Maxentios illorum ætas & Imperium incidiſſet. Non eo ulterius Adoleſcentum Innocentiſſime, per Majorum Tuorum Altaria, quæ meriêre: CELSISSIMUS hodie Regni & M. D. L. PRIMAS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS THEODORUS tot Templis (at nimis ſerò) adorabitur, quot in Varmia Cælitibus poſuit. Quid memorē

morem aureum illud Numinis conclave, parvum & magnum, non tam fabricatum, quàm ſubitò natum, & potiùs creatum, quàm factum: quid inquam memorem Varſavienſe Sacellum? In hoc CELSISSIMUS PRINCEPS ampliſſimæ liberalitatis punctum poſuit, & punctum gemma eſt, ultra quod augem Sol non tranſcendit. Primus hic THEODORUS è bellicoſiſſima POTOCCIORUM Gente, locò Ducalis Clavæ, Epiſcopale pedũ apprehendit; Scilicet è POTOCCIIS Præſul primus eſſe nequit, niſi Primas magisq; indiguit Polonia POTOCCIIS, ut fundarent gladiò Diæceſes, quàm ũt regerent. Ille itaq; primus. Archiepiſcopalem erigit Crucem, ut Infulata Proceſſione ſequantur POTOCCII, nec aliud eſſe Gẽtilitius PILAVA cenſeatur, quàm, Archiepiſcoporum Inſigne, qui hactenus extitit Stemma Domûs. Quãquam Adoleſcentum Maximè, tam

Radii

Radii etiam aliunde Sanguini Tuo innatant, & Te Cœlo admovent. Ex Materna ſtirpe Cardinales DENHOFFII, nec non Duces ſeveriæ Epiſcopi Cracovienſes itidem DENHOFFII Eccleſiam Tuis accluſerunt fibris, ut ſtirps Sanctorum Viam hanc lacteam vel Zodiacum efficias, quo Iuventæ ſol diſcurras, vel viam lacteam, ad quam primum mobile teneram aliorum ætatem attrahas.

Ad Triumphos Gentis Tuæ me verto & Te JLLUSTRISSIME IOACHIME. Tredecim Supremos Exercituum Duces, quadraginta octo Palatinos, triginta & amplius Caſtellanos undecim tam in Regno, quã in Magno Ducatu Lithvaniæ excubiarum Præfectos, id eſt, bellorum & Regni ſtatores Domus Tua Poloniæ exhibuit, & Poloniam redidit per Duces ter mille victoriis inſuperabilem: per Palatinos decies mille periculis abſolutam: per Caſtellanos

centi-

centies mille propugnaculis defenſam: per totam Veſtram Gentem infinities conſervatam. Abſtineo à laudibus EXCELLENTISSIMI PATRIS TUI: de illo Fama vulgat publica eam eſſe tanti Viri animam qua Bellona & Pax, Iuſtitia & Fas, Prudētia & Magnanimitas, Modeſtia, & Pietas, cæteræq; Senatoriæ & Chriſtianæ virtutes optarent animari, ut Poloniam redderent omni Beatitudine perfectiſſimam. Abſtineo & ab Elogio Avi Tui Celſiſſimi Caſtellani Cracovienſis KĄTCII Supremi Artileriæ Præfecti, ipſemet Tanti Herois victorias, quas cum Materno ſuxiſti lacte, etiam balbutire poteras, nū meliùs vel muta fronte perorare. Victus ab illo ad Viennam & Chotimū, & centies alias Oriens, teneris Tibi proſpectat ocellis, & in Te adhuc tenebreſcit. Moldaviam, Tartariam, Ukrainam, Septemtrionem, Hungariam per illum domuerat, & per PO-

TOC-

TOCCIOS JOANNES CASIMIRUS, JOANNES III, & AUGUSTUS II. Podoliam & Ukrainam receperat. Age Heroum clypeata propago, ad iſtam Majorum Tuorum metam Athleta pervenies, ſi viam hanc tot trophæîs armatam inoffenſo calce triveris.

Nec anguſtum tramitem autuma, pænè Regia Via eſt, & Tu Corona Viæ. Si KANTEKUZINORUM Orientis Imperatorum per Mochilenidem Moldaviæ Duciſſam ornamenta in propagine veſtra POTOCCII concluſiſtis: ſi Ozaream per SOUTYKOS Majeſtatem Generi Veſtro immiſcuiſtis. Si Vice-Regiam Poloniæ potentiam ſupremi Tribunalis toties Mareſcalli intra honores Voſtros cenſuiſtis & habetis: hæc Via CELSISSIME JOACHIME etiam ultra vaſtiſſimum Poloniæ Regnum, etiam ultra præſentem

tem Auguſtiſſimæ Domûs Tuæ alt tudinem Te deducet, terminumq; at tinges, quô in terris nihil ſublimi ùs, quô in cœlis nihil beatius: it vovet.

Jlluſtriſſimo Nomini Tu

Devinctiſſimus

Servus

M. Ł. S: J:

FACUL.

FACULTAS

Jlluſtriſſimi Loci Ordinarij

Imprimatur

IOANNES TARŁO

EPISCOPUS POSNANIENSIS mpp.

MARTINUS TRĄMPCZYNSKI

PRÆPOSITUS PROVINCIALIS SOCIETATIS JESU per POLONIAM.

CUm Opus quod inſcribitur: *Via ad Salutē æternā &c: &c* aliquot ejuſdē SOCIETATIS Theologi recognoverint & in lucē edi poſſe probo.

probaverint, poteſtate mihi facta ab A. R. P. Noſtro Michaële ANGELO TAMBURINO Societatis noſtræ Præpoſito Generali facultatem concedo ut typis mandetur, ſi ijs ad quos pertinet ita videbitur. Jn cujus fidem has literas manu meâ firmatas & ſigillô munitas dedi *Torunij* 9. *Auguſti.* 1723.

MARTINUS TRĄMPCZYNSKI.

Proteſtatio Authoris.

JNſiſtendo Decreto Urbani VIII. 5. Julij MDCXXXI, Proteſtor, quòd quæcunq; in hoc Opere de Perſonis in Cathalogum Beatorum vel Sanctorum non relatis, recenſui, illis humanam ſolùm fidem adhiberi velim.

PRÆ

PRÆFATIO

MAgnum depoſitum habent filios (*monet Parentes S. Chryſoſtomus, Hom. 9. ad Hebr.*) Ingenti illos ſerv[illegible], atq; omnia faciamus, [illegible] id nobis aſtutus auferat. [illegible] vero contra penitus facimus; nam ut fundus quidem ſit optimus cuncta molimur, eumq; fideli viro magno cum ſtudio tradimus; Cæterum quod nobis omnium chariſſimum [illegible] omninò negligimus, neq; curamus, quô pacto filium noſtrum fideli cuipiam viro permittamus. Genè nulla nobis poſſeſſio, nullus fundus, æque nobis gratus atq; charus eſſe debet, quippe hæc omnia filiis quæruntur.

A

runtur. Igitur major nobis poſſeſſionum cura eſt, quàm eorum, quorum illæ gratiâ comparantur, quàm profecto abſurdiſſimum atq; ſtolidiſſimum eſt. *Hanc acrem cenſuram, ne incurrant, Celſiſſimi, Illuſtriſſimi, Nobiliſſimiq; Parentes, & alii dum magnum ſuum depoſitum, nempe filios ſervare volunt, inſtitutioni tradunt Scho[illegible]icæ, per quam tenera ætas, cum literis det operam Chriſtianæ probitati addiſcendæ. Devitant quoq; iidem optimi Parentes, ejusdem D: Doctoris reprehenſionem, quâ ſui ævi petebat Genitores Hom: 20: ubi ſic illos arguebat.* Deſiderant illos, (*nimirum Parentes, ſuos filios*) valere in ſæculo iſto, & non curant, quid paſſuri ſint in alio. Alii militias filiis ſuis provident, alii honores, & nemo filiis ſuis providet DEUM: perditionem illorum cum magno pretio comparant, &

ſalutẽ

ſalutem illorum nec dono accipere volunt. Si viderint illos pauperes, triſtātur & ſuſpirant: ſi autem viderint illos peccantes, nemo triſtatur, ut oſtendant, quia corporis ſunt Parentes, non animarum.

Societas noſtra per Regulam primam ſummarii, hunc á S: Fundatore finem ſibi præfixum habet, ut adjuvante DEI *gratia cum cura* Salutis propriæ, impensè in ſalutem & perfectionem proximorum incumbat. *Media ad hunc finem, Inſtitutum noſtrum porrigit nobis varia & plurima, inter quæ non poſtremum recenſetur: Inſtitutio Iuventutis in Palæſtris (tanquam pretioſi depoſiti, á Parentibus traditi) virtute cum literis teneram ætatem imbuens Cogitamus, docente nos, eodem D: Doctore Hom: 60 in Matt:* nullam artem hôc artificiô ſublimiorem inveniri. Quid enim majus, quàm

animos

animos moderari? quam adoleſcentulorum mores fingere? omni certò Pictore ac Statuario, cæteriſq; ejusmodi excellentiorem eum judico, qui Iuvenum mores fingere non ignoret. Novimus ex S: Baſilio, quod Adoleſcentia tanquam ſubacta & mollis cera eſt, quæ in ſe impreſſas, quaſcunq; facilè recipit formas, & moliſſimè cedit: confeſtim igitur ab ipſo initio, omni rerum bonarum imbui exercitatione debent. *Iuxta monitum S: Ambroſii S:2. in Ps:* 118; Prævenimus annos juventutis correctione congrua: quia melius eſt dicere: DEUS qui docuiſti me à juventute mea, quàm deflere dicendo: delicta juveutntis; meæ, & ignorantias meas ne memineris; hoc enim debilitatis eſt remedium, illud verò ſalutis robur; medicina quæritur vulneri, gratia verò convenit ſanitati. Scimus, quod

ſicut, neq; terra, quæ media æſtate obduruit, neq; quæ rigore hyemis duriùs compreſſa eſt, ſed quæ ineunte vere aperitur, & adhuc molleſcit, ſemen utiliter excipit; ita prima pueritia ad præceptiones ſalutiferas imbibendas, maximè idonea, atq; adeò ſedulò excolenda eſt.

Quia verò S: Pater noſter Ignatius in viam ſalutis mortalium genus reducturus, ad id præſtandum ex inſpiratione Divina, modum ſingularem adinvenit, cuivis ætati ſtatui, & conditioni competentem, nempe Exercitia Spiritualia, à ſe propoſita, etiam nos his adoleſcentûm animos excolimus. Idcircò ego ad conſiderationes elucubrandas manum admovi, ut uberem materiam pro meditationibus Iuventuti noſtræ ſuppeditarem, ne his non aſſveta ætas & diſcurſuum formandorum ob ſuam teneritudinem minus capax, in

his eruendis torqueat ſibi caput, vel ijs cogitationibûs ad propoſitum non ſpectantibûs, mentem diſtrahat. Qui porrò tradet, tridui exercitia, ac de locupletiori penu alio, ſpiritualem eruditionem non derivabit, verùm placebit hanc à tenui licet & incul-ta ſacra ſuada mea petere pro teneris auditoribus; poterit aliqua ex ſingu-lis conſiderationibus, pro meditatio-nibus ſingulis ſeligere, juxta ſuum arbitrium, vel certè partem conſi-derationis præſertim fuſioris, trade-re meditandam, & reliquum ipſius, lectioni Spirituali donare. Doctri-næ autem practicæ, quocunq; tempo-re libero à ſtudiis literarum, relegi poſſunt ſenſim à Iuvenibus, ac ijsdem in cætu MARIANO per dies feſti-vos prælegi, vel diebûs Sabbati lo-cò exhortationis conſvetæ ad finem ſcholarum à Profeſſoribus dici ſoli-tæ, illis inculcari ac explanari.

Extra

Extra ſuam ſphæram forſan vide-bitur excurrere meus calamus, utpo-tè qui remotus à Palæſtris, vitæ A-ſceticæ ſolitudini, vi muneris mei af-fixus ſum. Non ſuccenſebunt mihi nihilominus immediati Iuventutis Inſtitutores, nec in ſuum munus me involare cenſebunt: cùm mihi li-ceat, cuivis ætati, ſtatui, & condi-tioni prodeſſe calamô, etiam huic, cujus utilitati obſequiorum facultas non datur per officij mei munia. Li-berior utiq; penna eſt, & eò perſæ-pe evolare poteſt; quò greſſus dirigi nequeunt. Pervolat illa per Geogra-phos, vaſtiſſima maria, & quaſvis Provincias, adit toto orbe remota regna, & adverſos pedibus noſtris populos in acceſſas permeat rupes, & in altum exporrectos ſcopulos, quos & oculus aſſequi nequit. In-viſit per Aſtrologos Planetarum do-micilia, ſolis & lunæ habitacula,

 ac ad

ac ad ſiderum incunabula evolat. Subtiliſſima intellectûs humani opera rimatur, & naturæ ſcrutatur abdita, per Philoſophos. Ad Divinitatis arcana evehitur per Theologos. Ad vetuſtatem ſeculis jam à noſtra ætate remotam, revolat per Hiſtoricos. Itaq; & meus ſolitarius licet calamus, dum ſe Palæſtris Iuventutis inſinuat, ob exceſſum ſuæ ſphæræ non arguetur.

INDEX CONSIDERATIONUM

I.
De fine hominis, & de mediis ad illũ.
II.
De Peccatis.
III.
De morte, ac de Iudicio particulari poſt hanc.
IV.
De Iudicio DEI univerſali.
V.
De Inferno.
VI.
De Paſſione Chriſti Domini.
VII.
De amore DEI.
VIII.
De amore Sanctiſſimæ VIRGINIS DEI MATRIS.
IX.
De Gloria cœleſti.

INDEX DOCTRINARUM PRACTICARUM

I.
De directione noſtri per intentionē ac omnium nos concernentium ad finē ultimum.
II.
De eligendo vitæ ſtatu, in quo obtineatur finis ultimus adeoq; ſalus æterna.
III.
De horrenda gravitate & malitia peccati mortalis, ac de abominanda ejus fæditate: tum de damnis enormibus, quæ ab illo inferuntur, ac de pœnis pro eo infligi ſolitis. Deniq; de menſura peccatorum & Gratiæ.
IV.
De viis ad peccatum mortale deducentibus.
V.
De adverſitatibus hujus vitæ, in patientia Christiana tolerandis.
VI.
De conformitate voluntatis noſtræ cum Divina, ex amore DEI.

CONSIDERATIONES

Supra præcipua puncta ſalutem œternam concernentia.

MATERIAM MEDITATIONUM & LECTIONIS.

JUVENTUTI PROPONENTES

CONSIDERATIO I.

De fine Hominis, & de mediis ad illum.

I. AUdi DEUM dicentem apud Prophetã Is: 43. v: 7. *Omnem qui invocat Nomen meum, in gloriam meam creavi eum.* Et conſidera, non alium eſſe finem creationis tuæ, quàm gloriam DEI; ut ſcilicet ipſi ſervias, ipſumq; ames in hac vita, ac per hoc merearis, ut illum láudes, & ames in æternum.

Hinc perpende tria. 1mò: Quis creavit te? utiq; DEUS. 2dò: quâ cauſa? non meritô tuo, ſed quia ita placuit

cuit bonitati ejus infinitæ. 3tio: cui bono? ob emolumentum, non ſuum ſed tuum. Hinc autem infer: Beatitudinem omnem, omnem honorem, omneq; ſolatium, tum hujus: tum alterius vitæ, in eo ſitum eſſe, ut ames DEUM, eiq; ſervias; quia ipſe eſt unicus ultimusq; finis tuus. Inde autem collige 1mo: omnes alios amores, omnes alias curas, & ſtudia, quæ non ordinantur ad DEUM, eſſe tibi prorſus non neceſſaria, & planè inutilia, immò & nociva, quia te à fine tuo, conſequenter à beatitudine tua impediunt. Collige 2do: quia aliarum quarumcunq; rerum defectus, non faciunt tibi indigentiam veram & mi-

Amare Deum ipſiq; ſervire, Beatitudo eſt.

Nil præter DEUM.

& miſeriam; quia alia omnia ad finem tuum non ſpectant: ſed planè beatus es, & felix in hac vita, ſi DEUM amas & ipſi ſervis. Et ſi autem aliis omnibus abundes, & careas amore DEI, eiq; non ſervias, pauperrimus, miſerrimus, & infeliciſſimus es. Ergò te totum, & totaliter ad Deum converte, nihil volendo, nihilq; curando niſi DEUM, vel propter DEUM.

Solius Dei indigentia verū defectū facit.

2. Audi præterea Prophetam lamentantem Dan: 13: v. 9. *Everterunt ſenſum ſuum, & declinaverunt oculos ſuos, ut non viderent cœlum.* Et conſidera, quòd cum DEUS nos creaverit, & fecerit ad gloriam ſuam; ut ſcilicet ipſum amemus, eiq; ſerviamus,

Uſus ſenſuum ſit propter Deum.

mus, omnes etiam ſenſu noſtros, tam internos quàn externos, ad eundem finen produxerit. Proinde qu ſenſus ſuos non dirigit a Cœlum & DEUM, everti il os, nám iis abutitur, adeoq; felicitate unica illos privat, redditq; miſeros & infelices. Quod ne tibi eveniat, nihil cogites niſi DEUM, vel propter DEUM nihil imagineris, niſi DEUM vel propter DEUM nullius rei ſis memor, niſ DEI, vel propter DEUM nihil oculis contempleris niſi id, quod te iuvare queat ad amorem DEI, & á obſequium ei præſtandun &c: Reflecte te: utrum taliter hactenus ſenſibûs tui uſus ſis? fortè non. Proin

dè confundere; & vehemẽter ad hortare te ſeriò, ut id diligentiùs præſtes.

Uſus temporis ſit propter Deum.

3. Audi inſuper monitum Spiritûs S: Eccl. 36. v: 10. *Feſtina tempus & memento finis.* Et cogita tempus vitæ tuæ, omniaq; illius momenta, ad Deum ultimum finem tuum debere dirigi. Nam ideò temporaneam hanc vitam in terris ducimus, ut per eam ad Deum æternùm poſſidẽdum tendamus. Ergò quolibet momento temporis, progredi ad Deum debes, nec alius uſus eſſe debet, particulæ etiam minimæ temporis, niſi ut in hac amorem DEI, & obſequium erga illum opereris; ac ſic tempore utendo, Deum tuum ac

in eo felicem æternitatem poſſideas in altera vita. Reflecte te ad annos transactæ hucusq; vitæ tuæ, ab uſu rationis. Invenies te pluribus horis & diebus ad Deum non contendiſſe. Confundere, dole, corrige & ſuccedaneos vitæ tuæ, annos plenè & totaliter DEO conſecra, compenſando abuſus præteriti temporis & damna. Proteſtareq; coram Divina maieſtate, quòd malis non vivere illó momento, quod non ſit à te ſacrum DEO.

4. Audi demum Prophetam, quomodo Deum alloquatur Pſ: 8. v. 8. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus ejus.* Et Sapientem de DEO dicẽtem Prov. 16. 4. *Univerſa propter*

propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. Et conſidera, quòd res creatas omnes inferiores homine, huic ſubjecerit Dominus, uſui illius has deſtinãdo; nihilominus ſic eas homini ſubjiciendo, propter ſemetipſum omnes operatus eſt. Per quod ſignificatur, quòd uſum rerum creatarum, ad DEUM illorum Authorem homo cõvertere debeat: nimirum illæ omnes ad amandum Deum, ſerviendumq; ipſi, ac ad æternam per hoc ſalutẽ obtinendam, nos juvare debent. Hâc ſola de cauſa creavit DEUS omne, quidquid oculis noſtris obijcitur, & quidquid auribus, ac reliquis ſenſibus percipitur. Ad hunc finem divitiæ, hono-

Uſus creaturarũ propter Deum.

 res,

res, ſcientiæ, amicitiæ, favoresq́; humani. officia, muniaq́; noſtra, ad hunc finẽ, commoda quævis vitæ præſentis, & oblectamenta, cõferuntur nobis. Cuncta deniq́; produxit DEUS duntaxat, ut media nobis ſint ad amandum ſe, ac prout par eſt, ſibi ſerviendum. Sed ô quam plures inveniuntur homines! qui in his mediis ad Deum, conſiſtunt, ea non dirigendo ad amorẽ & obſequium DEI, verùm iis immoderatè adhærendo! Si tu fuiſti in eorum numero, vel ſi es; erubeſce; ac firmiter propone, te ab hinc nullius creaturæ uſum habiturum, niſi propter Deum, propter quem condita ſunt univerſa.

5. Audi

5. Audi deniquè eundem Prophetam orantem Pſ 102 v. 22. *Benedicite Domino omnia opera ejus, in loco omnis dominationis ejus.* Et perpende primò, quòd omni opere creato benedicere debeas Dominum, nempe ad benedictionem & laudem illius omne illud convertere. Aſt tu fortè pluribus rebus creatis uteris, per quas Deum non benedicis; ſed ut tibi benè ſit per illas tẽporaliter, & tuæ vel ſenſualitati, vel vanitati, id intendis & quæris, quòd quandoq́; fit à te etiã cum dishonore Divino, dum modo tuis inordinatis affectibus indulgeas. O quàm confundi debes! qui tam turpiter ordinem creatura-

Omne opus propter Deum.

 rum

rum præſcriptum à DEO pervertis: Dole, propone. Perpende 2dò, quòd ad quodcunq; opus creatum te Deus poſuerit, ut illô utaris, locus ſit dominationis DEI, ut ſcilicet in illo opere, ſupremo Tuo Domino gloriam & honorem reddas.

Indifferentia ad usū rerum creatarum.

Proindè conſtituere te debes erga omnes creaturas planè indifferentem, nihil deſiderando, niſi id quod Deus pro te ordinavit, ut tibi ſubſidio ſit, ad ſerviendum illi, non debes itaq; appetere ſucceſsus felices in hac vita, firmam valetudinem longævam ætatem &c: niſi inquantum videt DEUS iſta tibi fore proficua ad illum finem; non debes etiam abhorrere, ab infor-

tunis, calamitatibus, ægra valetudine, brevi vita &c: ſi DEO placet, ut per iſta illum glorifices. Quod ſi aliquid ſuavius, jucundiùs honorificentiùs, &c: exoptas magìs, apparet, quod non benedicere DEUM & glorificare, ſed potiùs tuæ ſenſualitati, & guſtui, inaniq; ſolatio morem gerere vis. Quod ſi ad aliquid illorum propendendum eſſet; certè ad id ſponte tua ferri deberes vehementiùs, quod adfinem tuum conſequendum conducit magis; atqui procul dubiò, ad hunc magis conducunt, adverſitates hujus vitæ tribulationesq;, ergò ad has propter DEUM, & ſalutem animæ tuæ magis ferri deberes,

Hinc te examina, num regnet in corde tuo aliqua affectio, quæ aut hanc indifferentiam tollat, aut a iò, à DEO, tuam detorqueat voluntatem, ut te ab illa liberes quàm primùm; & juxta beneplacitum DEI, in omnimoda indifferentia conſiſtas.

6. DEUS dicit: ſic ego dilexi mundum, ut filium meum unigenitum dederim, quatenus ſalveris per illum & vitam habeas, & abundantiùs habeas. Dedi tibi filium meum, & cum hoc omnia tibi donavi, nempe vitam ipſius, doctrinam ejus, dignationes ejus, tolerantiam ejus, Sacramenta, mortem, merita, exempla, paſſionem, gloriamq; ejus. Inſi-

Ad ſalutem mediũ Xſto.

Inſignivi te charactere ejus, veſte gratiæ habitualis, per eum tibi promerita, decoravi te, charactere ejus inſignivi te, Corpore Ejus ſanctiſſimo paſco te, Virtutibus per eum, fide, ſpe, charitate, & aliis moralibus ornavi te. Quid ultra facere tibi potui, & non feci? Hæc perpendens, procide in abyſſo tui nihili ex quo te DEUS eduxit, & tantum tibi medium providit, ut te elevaret ad ſtatum ſupernaturalem & finem. Adora & exalta ejus erga te Bonitatem. Tum vide, quomodo, uſus ſis hactenus hôc medio, & mediatore Christo IESU? Recogita cum dolore, quòd non exactè, non accuratè, quòd negli-

genter

genter, vel indignè, u
ſis Sacramentis ejus. den
habitualibus & actualibu
tum doctrinâ & exemplis
jus, præterea paſſione
morte ejus &c: Ac prop
ne, circa uſum meditan
meliora.

7. Chriſtus dicit: *Ec*
Mater Tua. Et cogita, qu
pro ſingulari medio ſalut
tuæ, dederit tibi CHR
Et Beatiſſima Parens. STUS MATREM ſua
Sanctiſſimam, ut te hæc ſ
luti æternæ quodammod
gignat, ſitq; Mater tua, cu
ita ordinaverit, ut nem
ſalvetur niſi per illam, cu
nemo gratiam ullam perc
piat, niſi mediante illa. Ha
eſt enim voluntas DE
ut omnia habeas per MA
RIAM. Hinc recollige, quo
modo

modo te indignum, hæc
MATER Sanctiſſima in ſu-
ſinu foverit, à prima ætate
ua.&nunc foveat? quomodo
ccaſiones peccatorum à te a-
erterit,& avertat? quoties i-
amDei,cōtra te lenierit? quo-
ies pericula gravium pecca-
orum,à te amoverit? vel ex
llis te liberaverit? quot gra-
ias efficaces tibi impetrave-
it. &c: Præſertim ſi iam ha-
es gratiā vocationis, ad ſta-
um hunc quē tibi deſtinauit
Deus ad ſalutē,per illā habes,
i autem nondum habes hanc
gratiā,per illam obtinendam
te puta,modò ad illā pro ea
obtinēda recurras fiducialiter,
anquā ad MATREM. Pro-
rumpe in affectum erga De-
um *Magnificat anima mea*
Dominū pro tanto ſalutis me-
dio.

*di*o. Prorumpe etiam affectum erga MATRE Sanctiſſimam. *O MATE o Domina mea! o Regi miſericordiæ! cum anh dæmones, jam animam mea inter occaſiones peccatoru et inter exempla prava po tam, & tentationibus vex tum, in tartari barathro e pectarent; cum Divi juſtitia decretoriam ſente tiam in me pronuntiatur meumq; interitum permiſſ ra eſſet. Tu non rogata, r inam imminentem benigni ſimè avertiſti, Tu Patri m ſtrans Filii Tui vulner & Filio ubera Tua, ſalut meæ, de qua penè conclam tum erat, protectrix & ca ſa extitiſti. Si vel breviſſ mô temporis ſpatio ſuppetia diſtu-*

iſtuliſſes, quæ lamentabilis rs, miſerum me in igne remeret? heu forem æternùm iſer! Tum vide, quomo o hôc medio ad ſalutem, MATRE ſcilicet Sanctiſſi-na, uti debeas? & quomo o reſpondere Mediatrici & iberatrici tuæ?

8. Alloquere cum Iobo Dominum Deum tuum Iob o. v 12. *Vitam & miſericor-iam tribuiſti mihi.* Et vide eriem vitæ tuæ continua-am indeſinentibûs Divinæ onitatis erga te miſericor-iis. O quot! & quanta ad-ibuit media, & adhibet ut alvet te! Adverte quibus iis, poſt uſum rationis à e acceptum, ad hanc æta-em quam agis, te duxerit? Regit te, ſervat te ſibi, oc-caſiones

Series miſericordiæ Divinæ.

caſiones corruptionis ſubt
hit, tentationes non perm
tit in te; vel in permiſſ
auxiliô ſuo præſtò eſt ti
ineptias tuas diſſimulat,
ad ſe invitat, ſtatum vi
per inſpirationes demo
ſtrat tibi, quem eligere d
beas ad ſalutem animæ, v
ſi non demonſtrat adhu
paratus eſt demonſtrar
modò ipſum roges. Recoll
ge hæc omnia & alia plur
ma tibi meliùs perſpect
dilaudaq; & deprædica, D
vinam erga te miſericord
am. Invita ad Deum la
dandum, tecum, omnes cr
aturas, dicendo Benedici
omnia opera Domini D
mino. &c:

CONSI-

CONSIDERATIO II.

De Peccatis.

ANgelicum eſt effa-
tum: *Qui faciunt*
eccatum hoſtes ſunt animæ
uæ. Tob. 12. v. 10. Unde
onſidera, quod hoſtes ani-
næ noſtræ efficiamur tunc,
um nos ad peccatum re-
olvimus. O! quam abſur-
um eſt! quàm indignum! *Peccātes*
uàm ſtultum! ſe ipſum *mortali-*
diſſe, ac ſibi ipſi nocere. *ter, ho-*
ro fatuis hominibus repu- *ſtes ſunt*
aremus illos, qui ſeipſos *animæ*
pontè & ultrò in profun- *ſuæ &*
um aquarum conijcerent, *tyrāni.*
& in illo ſubmergerent, vel
ui ſe flammis darent for-
nacis ferrariæ aut vitrariæ,
vel qui fune collo alligato,
ſe ſuſpenderent &c: ac tam
hi,

hi, quàm illi infeliciter à
ipſis interirent, hoſtes ſib
metipſis effecti, latrones v
tæ ſuæ & carnifices. Cert
abſurdum eſt, & magis i
dignum, longeq; ſtultiu
quādo homo deliberatè c
mittit peccatum mortale: n
per iſtud, ſciens & volen
in anima ſe occidit, mor
tur enim per illud DEO,
miſſa gratia ſanctificant
quæ eſt vita animæ, incu
ritq; per illud mortem æte
nam, quia fit reus damn
tionis æternæ, adeoq; mor
tis perennis. Sicut auten
longè nobilior eſt anim
corpore, ita longè gravior e
mors in anima, quàm in
corpore, adeoq; & enormi
or hoſtilitas eſt, interimer
aliquem in anima, quàm in
corpore

corpore: & hanc hoſtilitatem exercet in ſe ipſum, homo lethaliter peccans.

2. Perpende deinde, quàm ſævus eſſet hoſtis, in filium quempiam, ditiſſimi & magnificentiſſimi Regis, qui illum hæreditate Regni opulentiſſimi & ampliſſimi poliaret & fortunis privaret. Præterea nefariò aliquo modo ita illum fœdaret, ut ex pulcherrimo & venuſtiſſimo juvene, liuidum & ulceribus ſcatentem ſordidis totum, vermibus fætidis integro corpore bullientem, terribilem aſpectu, & nauſeam provocantem ſpectatoribus, efficeret, ita ut ejectus è Paterno palatio, vagus eſſet ſuper terram, omnibus exoſus, abominabilis, contemptibi-

lis,

lis, viliſſimô autem quovi
mendicô egentior. Inſupe
per artem malitioſiſſimam
immanis ſui hoſtis, fiere
mancipium crudeliſſimi ty
ranni, qui illum continu
caſtigaret, reſinâ & pice fer
venti perſunderet, ſordibû
oppleret, frigus rigidiſſim
pati cogeret, ſameq; & ſit
maceraret. Præeligeret ſan
ille Regis filius non vivere
quàm tam miſerè vivere
præſertim, conſiderata ſorte
ſua naſcendi ſublimi, com-
parata cum abjectiſſimo ſuo
præſenti ſtatu. Crudeliorē
te fore hoſtem in temetipſum
ſcito, quam hic eſſet in fili-
um Regis ita atrociter deſæ-
viens, dum te ad peccatum
mortale reſolveres. Factus
es filius ſupremi Regis, quia

gis Regum, & Domini
minantium, nempe ipſi-
DEI; factus es inquam
s filius in ſacro bapti-
o, non per naturam qui-
n; aſt per gratiam. Nam
c talem in illo accepiſti;
e te fecit filium DEI
ptivum; habentem jus
hæreditatem Regni Cœ-
is; imò fecit te illâ, hæ-
em ipſiusmet DEI; &
ærcdem Chriſti ipſius;
DEI; naturalis; dona-
q; eſt tibi jus ad poſ-
onem DEI, in eoq; im-
nſorum; & infinitorum
orum. O! ad quàm ſu-
nem conditionem eve-
s es! in quâ poſitus; ſi
viter peccares, eô momē-
te ipſum per tuum pec-
m hoſtiliſſime agredere-

ris, eriperes enim tibi
jus ad Regnum cœleſt
ceres te ex filio DEI
ptivo, filium perditioni
cluſum ab omnibus b
Patris Cœleſtis, ſpolia
pretioſis donis ſuperna
libus, veſte innocentiæ
didiſſima,quâ te gratia
ornaverat, exutum, fa
ſimè denudatum in an
& ſordibus enormiſſ
peccati oppletum, DEO
jus eras dilectus filius,
ctiſſimæ DEI MATRI,
ctis Angelis, Sanctisq; o
bus abominabilem.
per in mancipium te t
res tyranno infernali di
lo, qui jus acquirere
ad ſuum barathrum d
cendi, ac in hoc igne e
guibili perenniter te c

di- aliisq; tormentis ine-
rrabilibus inceſſanter te
ligendi. Vide ad quám in-
licem ſortem te ipſe depri-
eres per peccatum morta-
, utinam jam non depreſ-
ris! Abominare & exhor-
ſce tantam hoſtilitatem,
teipſum à teipſo; & cave
bi diligentiſſimè à temet-
pſo. Times dæmonem,
ropter ipſius ſummam ma-
tiam, in te. Sed nequa-
uam ille tibi nocere poteſt,
i tibi tu ipſe non nocueris.
nducere te poteſt ad pec-
atum,ſed illud in te nõ patra-
bit, verùm tu ipſe ejus in-
e Author eris; te ipſum er-
gò magis time, quàm dæ-
monem, ne peccatum patres.
Dum tentationes te infeſta-
bunt, pertrahentes ad offen-

ſam DEI, ſis in his acc
tiſſime circumſpectus, ſi
tuas imaginationes, & c
gitationes, ne voluntariè
las & has admittas, ut
deliberatam in illis comp
centiam habeas, & ne p
beas aſſenſum, ſuggeſtio
bus diaboli, vel carnis
inclinationibus nefandis
Talia execrare, & vehen
tiſſimè reformida. Ad qu
conducet, ſi in uſu habe
actum Caſimirianum: *m*
mori; quàm fœdari. Ut
horrorem & abominatione
peccati impreſſum menti
cordi teneas, à Chriſto Cr
cifixo, per ejus ſanguine
expoſce, tum à Sanctiſſim
DEI MATRE auxilium a
id. & à SS: Patronis ſuffr
gium.

3. *Orientur in domibus ejus urticæ; & erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum, & occurrēt dæmonia.* Ait Propheta Is: 34. v. 13. Et conſidera, quomodo deveniatur ad grauia peccata, & per hæc ad ruinam ſalutis, perniciemq; animæ. A minoribus defectibus enormia trahuntur ſcelera, & parvæ noxæ, præcedere ſolent perditionem noſtram per maximas. Si in horto quopiam vel campo, permittantur excreſcere urticæ & ſpinæ, ſylveſcet ita, ut fiat cubile draconum, paſcua ſtruthionum, & in illo occurrant dæmonia, nempe homines, à dæmone ad rapinas & latrocinia animati. Ita ſi tu in conſcientia tua

urticas ſines ſerpere, nem-
pe leviora peccata, quæ non
occidunt quidem animam
ſed eam affligunt & lædunt
ſi ſpinæ in eadem conſciē-
tia tua pullulabunt, ſcilcet
delicta, non perimentia qui-
dem, aſt lacerantia & acri-
ùs pungentia, ſequetur indè
facilè, ut illa cubile fiat, tur-
pium & enormium draco-
num, nimirum peccata mor-
talia, in illa quieſcant, quæ
ſunt dracones devorātes vitā
æternā & Struthiones ſauciā-
tes te lethaliter ad illā cōvo-
lēt, crimina nimirum imma-
nia, dæmoniaq; animā tuam
poſſideāt. Ut nemo repentè
bonus, ita nemo repētè malꝰ
fit. Nullus eſt ex his qui in
gravibꝰ peccatis hærēt, eaq; in
dies accumulāt, qui in gravia
delicta

licta ſubitò conciderit. Ad-
vertetis, vel jam advertiſtis,
plurimos, qui in Scholis in-
nocentes fuerunt velut An-
geli, & poſtmodum poſt
exceſſum ex his, vel adhuc
in his majoribus, ita depra-
vatos corruptosq; moribus,
ut in diabolos trāsformati
videantur. Et quomodo il-
li Angelici adoleſcentes, di-
abolicam formam aſſumpſe-
runt? quomodo ex innocu-
is, rei plurium turpium no-
xarum effecti? quomodo
Virgineam verecundiam e-
xuerunt? in verbis nunc
impudici, in actionibus fæ-
dis liberi &c. quomodo ad
alia plura nefanda proni, &
facilè ſe ad ea reſolventes?
quomodo aliorum corrupto-
res fieri auſi? &c. In tam
exitiali

exitali ſtatu non repente ſteterunt miſeri, ſed ſenſim ad eum devenerunt. Aſſueverunt primò minoribus noxis, dumq; eas nō horrerēt neq; ab iis arcerentur, per indulgentiam Parentum, vel per negligentiam directorum, didicerunt turpia verba proferre, curioſitati vacare, in otio tempus terere, affectibus ad aliquas perſonas duci, ſenſualitati in cibo & potu blandiri, mendacia committere, levi ex cauſa indignari, iraſci, verbis alios pungere, ab aliquibus averſum animum oſtendere, &c. &c. dumq; hæc non eliminabant ex animo, ſenſim infelices in gravia ſcelera, eaq; multa prolapſi, quæ ex illis minoribus initium ſum-

pſerut

pſerunt. *Nemo ergo dicat* (monet nos S: Bernardus Serm: 1. in Conver: S: Pauli) *Non eſt magnum, ſi in his maneam, venialibus minimisq; peccatis, Sed fugiamus modica mala, magna ſiquidem ex illis naſcuntur.* Doceat nos S: Chriſoſtomus in cap: 7. ad Rom: vitare modica, dicens: *Quisquis ad omne delictum dicere didicit conſvetum illud: Nihil ab hoc damni erit, paulatim omnia perdet. Iſtud quippe malitiam induxit, iſtud latroni portas aperuit, iſtud Civitatis muros deiecit.* Hoc & in corporibus magni morbi contrahuntur, quando modici contemnuntur. Itaq; tu ne per minores offenſas DEI, devenias ad magnas,

& peri-

& periculum ſalutis æternæ amittendæ incurras, cave. Si non es tibi conſcius, quod DEUM graviter peccato offenderis, ipſi impenſiſſimas gratias perſolvens, pro præſervatione ab illo, horrorem concipe illius ingentem, qui ut ſit efficax, timere aſſueſce etiam peccata venialia deliberata; nam qui hæc non timet, ſenſim etiam timorē deponet peccati mortalis. Qui autem conſcius tibi es, quod jam in peccatum tale lapſus ſis, execrare illud, & ſi nondum illud deleviſti per pœnitentiam, dele quàm primùm, ne te in eo mors occupet ſubitanea, ac orco reddat. Ut autem repudies à te peccatum lethale, ita ut ampliùs illud non committas,

abominare & fuge etiam veniale. Nam ſi hoc tibi placebit, ita, ut facilè te ad illud reſolvas, facilè etiam ad te redibit peccatum mortale. Supplica Divinæ majeſtati, ut configat te timore ſui ac offenſæ ſuæ, ac ut cum timore & tremore ſalutem opereris.

4. Seriò tecum diſquire, quid tandem cauſæ fuerit, vel eſſe poſſit, quod DEUM offenderis, vel offendere poſſis, nimirum ob modicam voluptatem, ob tranſitorium aliquod leve ſolatium, ob punctum honoris mundani, ob emolumentum quoddam aut lucrum temporaneum, & reſpectum gratiæ humanæ, favoris, amicitiæ, ob futile placendi hominibus ſtudium

Leviſſima ex cauſa Deus offenditur à nobis.

dium, ob in dulgentiam pravis deſideriis & nequam inclinationi, ad ſatisfaciēdum genio & affectibus inordinatis &c. Hæc ergo intimè penetrans, ac diligenter perpendens: nimirum quis ille ſit, à te, & quàm ex levi cauſa tantopere offenſus? nempe DEUS infinitæ dignitatis omnimodoq; cultu & amore à te digniſſimus; ſublatisq; oculis ad ipſum ſupremum tuum Iudicem, cōvincaris; quàm juſtè, quātoq; tibi meritò indignetur; tum imaginare has ex ipſo audire à te querimonias: *Obſtupeſcite Cæli ſuper hoc: duo mala fecit populus meus; me dereliquerunt fontem aquæ vivæ & foderunt ſibi Ciſternas, ciſternas diſſipatas,*

tas, quæ continere non valet aquas. Ier: 2:

Procide ante Chriſtum crucifixum & per ſanguinē ejus pretioſiſſimum pro ſalute tua effuſum, pete, ut te emundet à peccatis, ac ab iis præſervet, dicq; attentè & reflexè orationem ſequentē.

Anima Chriſti ſanctifica me,
Corpus Chriſti ſalva me,
Sanguis Chriſti inebria me,
Paſſio Chriſti cōforta me,
O Bone Ieſu exaudi me!
Et non permittas me ſeparari à te per peccatum,
In hora mortis meæ voca me;
Et jube me venire ad te,
Ut cū ſānctis tuis laudē te.

CON-

CONSIDERATIO III

De morte, ac Iudicio DEI particulari poſt hanc.

I. NEſcitis diem neq; horã, monet Chriſtus Mat: 25. Hinc conſidera moriendum tibi omninò eſſe. Sed ſicut nihil eſt certius morte, ita nihil eſt incertius; annô, die & horâ mortis. Videmus quòd mors nulli parcat ætati. Moriuntur aliqui in decrepita ſenecta, alii in virili ætate; alii in juvenili, alij in adoleſcentia, alij in pueritia, in infantia alij, alij vix in lucẽ prodeunt, extinguuntur. *Mors incerta.* Tibi quòd DEUS conceſſerit vitam ad hoc tempus, illi gratias age. Aſt neſcis quàm diu hæc tibi prolonga-

bitur. Neſcis ſi vives ad ſenium, vel maturam virilem ætatem, neſciſq; ſi in hac immatura tua, quam agis, non decedes. Imò neſcis, ſi hic annus non erit ultimus vitæ tuæ, vel hic menſis, ac etiam hæc præſens hedomada, ac etiã ignoras ſi non hac hodierna die, vel hâc ipſa horâ, quâ hæc cogitas, non decedes. Licet enim te benè diſpoſitum ſentias in valetudine; poſſunt tibi tamen ignotæ, & hic & nunc inſenſibiles in te diſpoſitiones latere ad mortem proximam. Audire poteras, ſi non vidiſti, quomodo non unus ludendo, vel comedendo, vel bibendo vel dormiendo, ſubitò mortuus ſit. Quis ſcit, ſi

& tibi id non eveniet. Indè autem infer, quod ita vivere debeas, ut quolibet die, ac qualibet etiam horâ, ſis paratus ad mortem. Ad quod conducet 1mò, ut cures nunquam DEUM offendere peccato mortali, ne te huic obnoxium, mors inſperata inveniat, & tollens ex hac vita, inferno te ad mortem alteram nempe æternam tradat. 2dò. ſi continget, (quod DEUS avertat) ut DEUM mortaliter offendas, ut non differas confeſſionem peccati, ſed vel ea ipſa die confitearis, ſi commoditatem habebis confitendi, ſi autē hæc deerit, ut quàm primùm, actum autem contritionis, elicias. Ad quid enim tantum hoſtem animæ tuæ

Modi ad mortē ſe frequenter præparandi.

tuæ debes conſervare & pati, nempè peccatum lethale? quo manente, ſi te mors invaderet, ad perditionem te perennem induceret. 3tiò, dum examinas conſcientiam (uti ex legibus Sodalitatis MARIANÆ debes quotidie examinare veſpere) diſcuſſione facta, hanc tibi reflexionem inculces ſemper: *ſi modò mori deberem, eſſemne paratus ad mortem? non inveniturne aliquid in me, quod mihi morienti cauſare poſſet metum juſtum inferni? & terribilem mortem reddere?* 4tò. non tantùm in examine conſcientiæ quotidiano, elicias actum contritionis, ſed etiam frequentiùs per diem, imò qualibet hora, illi eliciendo aſſveſce,

dicto Ave MARIA ad ſonum horæ in horologio, poteris facilè uſum acquirere (dummodò per aliquot dies, id conſtanter uſurpes) taliter dolorem faciendi de peccatis. *O! DEUS meus! o amor meus! doleo ex toto corde, purè propter amorem tuum, quòd te offenderim: noloq; ah nolo! te amplius offendere.* 5tò ſis in continuo propoſito implicito, nō offendendi DEUM ita, ut illô facto expreſſo in intentione matutina, quolibet momento ſis paratus reſpondere, (ſi ex te diſtracto, vel occupato, quæreretur ſubitò) an ſis paratus offendere Deum? quòd nolis omninò ipſum offendere. 6tò. Diſce præſentem tibi DEUM,

in mente ſtatuere, ita ut omnia quæ agis, in conſpectu DEI te agere cogites; ac ſic omnia agas, loquaris &c: ut te eorum coram Spectatore & Auditore tanto non pudeat. 7mò Frequētem recurſum habeas, ad Chriſtum in cruce morientem, agonem tuum illius agoniæ commendando. Praxis devotionis hujus poteſt eſſe, ut quoties tranſis effigiem Crucifixi, in primo huius aſpectu, iſtum actum elicias. *Momento & agoniæ tuæ Sanctiſſimæ, commendo momentum agoniæ meæ.* vel *Per mortem tuam Sanctiſſimā, da mihi bonam & Sanctam mortem.* Si conſtanter per hebdomadam hunc actum elicueris, tranſeundo effigiē

Crucifixi, facillimè poſtmodum, etiam inter diſtractiones quasvis, menti tuæ occurret. 8vo. Recurras etiam frequenter ad pretioſiſſimam DEI MATREM pro felici morte per eam impetranda. Quod præſtabis toties, quoties dices Ave MARIA &c: præſertim illa verba, addita ſalutationi huic Angelicæ ab Eccleſia: *Nunc & in hora mortis noſtræ.* hæc cum ſpeciali attentione recitando. Deindè dum dices formulam Congregationis, (dicenda autem hæc quotidie) reflexionem peculiarem habeas ſupra ultima illius verba: *Et adſis mihi in omnibus actionibus meis, nunc & in hora mortis meæ.* 9no Quotidie pete

à DEO

à DEO gratiam finalem, ac ad hanc impetrandam in intentione matutina, omnes actiones tuas offer. 10mò. Elige tibi Patronos agoniæ, qui poſſunt eſſe præcipui, S. Michaël, ad quem dicatur oratio *Summæ ſedis Miniſter &c:* S. Angelus Cuſtos ad quem recitetur Oratio: *Omnipotens ſempiterne DEUS &c:* S. Ioſephus ad quē eſt Oratio: *O S: Ioſeph &c.* S. Barbara, ad quam recita quotidie orationem. *O Sanctiſſima Virgo &c.* quam recitantes quotidie; ſine Sacramentis non moriuntur, uti eſt hiſtoriis approbatum. Habes has omnes orationes, in Libello ſelectarum devotionum.

2. *O mors! bonum eſt ju-*

 dicium

dicium tuum, Eccleſiaſticus pronuntiat Eccle: 41. v. 3. Quod audiens, conſidera, quod *de* rebus aliter judicabis moriens, quàm nunc judices. Multa damnabis, quæ modò probas. Doles, nunc, quòd aliqua paſſus fueris, vel patiaris, gaudebis autem tunc de illis. Forſan & ſtatus vitæ diſplicebit tibi in quo morieris, qui tibi dum vivis placet, præſertim ſi non ex vocatione divina illum eliges, aut eligis, certò tibi plurimum diſplicebit morienti, & dices: utinam in alio ſtatu fuiſſem! utinam in illo vitam finiiſſem! Dum tibi mors claudet oculos corporis, aperiet oculos mentis. Videbis quàm vanè, & inutiliter,

Mors optimus Conſiliarius.

ter, & damnosè, reſpectus, & gratias, favoresq́ humanos quæſieris, non habens reſpectum DEI. Advertes, quàm multa bona neglexeris, & quàm multas occaſiones meritorum omiſeris. Ne ſerò cum afflictione, & turbatione animæ, excedẽtis è corpore, hæc agnoſcas, nunc in omnibus, mortem conſiliarium adhibe, quærendo ex te: num hoc, vel illud agerem, aut dicerem moriturus? num iſtud in morte probabo? &c: ſic fac, & vives vitam talem, quæ te poſt mortem tuam vitæ æternæ inſerat. Ut autem talem in terris vitam ducas, ad id auxilium gratiæ divinæ expoſce, & Chriſto Domino in Cruce moriẽti ſupplica,

plica, ut te Spiritu ſuo Sanctiſſimo excedente è ſuo corpore, ad talem vitam animet.

3. Ora DEUM cum Davide: *Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine.* Ps. 142. v. 2. Non ſupplicando quidem ut judicium Dei poſt mortem evadas, quia hoc eſt inevitabile; ſed ſupplicando Divinæ Majeſtati, ut illud rigidum contra te non experiaris. Cōſidera autem, quia eo momento, quô anima tua excedit è corpore ſiſtetur ante Tribunal Iudicis ſupremi. Quid putas? quo vultu hic te excipiet? & tu quô animo coram eo comparebis? Cura ergò & pete ab hoc ipſo tuo Iudice, ne quid protunc in te inveniat reprehēſi-

Iudiciū Dei particulare rigidū.

prehenſione ſua dignum; & ne te, aliquorum vel plurium, coram illo pudeat, ac ne timore coram eo concutiaris. Sed dum ſcrutaberis conſcientiam tuam, fortè advertes, quòd ſi in tali tenore vitæ, in quali nunc es, coram DEO Iudice comparereres, quòd confundi & timere deberes; & invenies talia in te, fortè plura, ob quæ gravis te ſententia maneret, damnans te ad pænas purgatorii in plures annos, (cum, notum ſit ex hiſtoriis, leve etiam unum peccatum, his diutiſſimè caſtigari) quæ pænæ excedunt omnium acutiſſimorum morborum congeriem, ſuperant Sanctorum Martyrum crudeliſſimas paſſiones,

nes, & omnia tormenta reorum. Utinam etiam in te pro tunc non reperiatur aliquid tale, quod exitialem ſententiam mereretur, damnantem te, ad æterna inferni incendia! Neſcis utiq; diem, neq; horam, uti jam conſideraſti, adeoq; neſcis ſi hac die, non ſiſtêris ante DEUM Iudicem, cur ergò ad ipſius judicium, non reddis te paratum? ita, ut removeas quàm primùm, omne illud à te, quod tibi illud poſſet facere terribile & tui confuſivum? Scito quia hoc Iudicium erit exactum nimis. Trutinabuntur in eo, omnia dicta, & facta tua, omnesq; cogitationes tuæ, & advertet Dominus in illis, vel minimos

defectus

defectus, qui ſibi diſplicebant, & te pro illis arguet. Cur ergò nunc non diſplices tibi in illis? cur temetipſum, pro illis, non arguis? cur pro illis non doles? cur illos non tollis? ſed eos reſervas ſevero DEI judicio? Grave tibi eſt in ſchola comparere, ſi in occupatione, vel in exercitio memoriæ, aut in lectione ſcholaſtica, advertis tuam negligentiam, aut ſi te in hoc vel illo notatum apud Profeſſorem putas, eò quòd pœnam metuas; excuſationesq; tui paras & patrocinia quæris. In DEI judicio excuſationi nullus erit locus, nullusq; ibi tibi patrocinabitur; ſed poteſt, ſi velis, etiamſi hac hora ſiſti

deberes

deberes ante DEUM Iudicem, emendare, in te, quæ ille, in te, reprehenderet, & ob quæ, te confunderet, ac puniret. Dole ex amore ipſius, propone emendationem ex corde, ſtatue ſine dilatione confiteri errata tua, & placabiliorem tibi Iudicem reddes, mitiusq; te iudicantem experieris. Supplica ipſi, illis proſæ verbis: *Juſte Judex ultionis, donum fac remiſſionis, ante diem rationis*; ut ſcilicet donet tibi gratiam, per quam remiſſionem peccatorum obtineas, antequam ante illius tribunal comparebis. Ad quod patrocinium Matris Iudicis Sanctiſſimæ efflagita, SSrū Patronorū pro te interceſſionē quære.

CON-

CONSIDERATIO IV.
De Iudicio DEI univerſali.

I. COnſidera quia imminente judicio DEI extremo, in die illa tremenda, animæ ad reaſſumenda ſua corpora expedientur, aliæ è cœlo, aliæ è purgatorio, aliæ ex inferno. Accedetq; quælibet ad ſuum corpus, eiq; unietur. Sed quàm diverſi in his animabus erunt affectus, accedet in felix damnata anima, ad corpus ſuum, quod integrum quidem inveniet, in ordine ad animationem, ſed enormiter fædum & ſordidiſſimum. Alloqueturq; illud: o corpus! execrabile! tu mihi occaſio omniś mali; quia idcircò, quod te nimis

Iudiciū Dei univerſale deſcribitur.

nims delicatè tractaverim, quòd tibi indulſerim cum offenſa DEI, quòd te in voluptatibus illicitis viverè fecerim, quòd tua commoda ſolicitè & injuriosè procuraverim, poſt ſeperationem à te hucusq; inferni tormenta ſuſtineo: veni ergò iam, veni in ſocietatem mecum pænarum, æternùm ardebis, æternùm eſuries, æternùm ſities, æternùm cruciaberis. Anima autem Sāncta aſſumendo corpus ſuum, benedicet illud, dicetq; veni, veni corpus meum, in ſocietatem mecum æternorum prœmiorum, quod fuiſti ſocius meorum laborum & ærumnarum. O quā felix te reddidi! quia tibi vuluptates illicitas ſubtrahebam

hebā, quia te morificabā &c. Quid pro tunc putas animam tuam dicturam corpori tuo? Si hoc molliter tractas time ne dicas primum; ſi illi non indulges, confide, quia dices ſecundum. Facta autem reſurrectione, congregabuntur omnes homines ad vallem Ioſaphat, & ſeparabunt Angeli hædos, id eſt reprobos, ab agnis, id eſt à Sanctis. O quàm lugubris erit hæc ſeparatio! ſeparabuntur filii à Parentibus, Domini à Servis, & ſubditis, amici ab amicis, condiſcipuli à ſuis æqualibus &c. Illorum corpora, qui vitam æternam meruerunt, elevabuntur in àera, qui autem morti œternæ deſtinati, ho-

rum hærebunt in terra. O quanto dolore hi protunc afficientur! videbit Parens tolli filium in ſublime, ſe in valle manente: vel filius Parentem evehi ſe depreſsô. Videbit dives pauperē vel ſubditum ſuum aſcendentem, ſe autem humi affixum &c. O quantus tunc audietur ejulatus! Exclamabit infelix Pater: iſte eſt filius meus, quem genui; & beatus æternùm erit, ego autem æternùm miſer! Vel ècontra; filius lamentabitur: en Pater meus, cœlos petit, ego in infernum mox deſcendam! Alius cum ingenti dolore dicet: en meus ſervus, en meus ſubditus, à DEO aſſumitur, ego reprobor! &c &c. Alius, en meus

meus condiſcipulus, qui in iiſdem mecum palæſtris inſtitutus, æternitate felici donandus, in altum evehitur; ego verò adbarathrum præcipitandus relinquor interra! &c: Et tua pro tunc quæ vox erit? ne ſit lamentabilis, time, & cura. Grave nunc reputatur, poſtponi Parentes, filiis, Dominos ſervis & ſubditis; divites mēdicabulis, nobiles ignobilibus &c: o? quam gravior erit æterna poſtpoſitio talibus.

2. *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.* ait Propheta Dan. 7 v. 10. Cogita, manifeſtanda omnia peccata etiam occultiſſima in die iudicii. O? cum quanto rubore hanc manifeſtationem

 terent

ferent peccatores! quia hæc ſiet in conſpectu DEI, & omnium Angelorum & hominum. Erubeſcimus nunc uni confiteri Sacerdoti, ad ſigillum obligato; & non timemus manifeſtationẽ delictorum noſtrorum coram toto mundo. O ſatiùs eſt coram uno homine rubore ſuffundi! quàm coram toto mundo.

Eccuſationi & Patrociniis in eo non datur locus. 3. Audi quid dicat David in perſona peccatoris. *Tota die verecundia mea contra me eſt: & confuſio faciei meæ cooperuit me, à voce exprobrantis & obloqentis, à facie inimici & proſequentis.* Pſ: 43. v. 16. Et conſidera illã diẽ judicii extremi Divini, fore ad confuſionẽ peccatoris ex omni

circum-

circumſtãtia. Ex nulla enim parte poterit habere excuſationẽ ſui, nam undiquè confundetur, arguetur. Non poterit ſe excuſare incusãdo tẽtationes dæmonis; quia illi Angelus Cuſtos præſentabit gratias DEI adjuvantes, in tẽtationibus, ſed has ab illo, rejectas deducet. Nõ poterit adferre ad ſui defenſionem, prava aliorum exempla:; quia plurima alia exẽpla bona mõſtrabit ipſi idẽ Angelus, & cur hæc potiùs, non illa, ſecutus ſit, exprobrabit? Non dicere poterit peccator, paſſiones & inclinationes à natura inſitas ad malum habui; quia illi oſtendentur Sancti plurimi, qui cum ſimilibus paſſionibus, imò cum vehementioribus, eo quod

eas

eas frangere ſtuduerint, ſalvati ſunt. Non poterit conqueri contra occaſiones ad peccatum, quia ſtatuentur in oculis illius multi, qui in majoribus, longè occaſionibus poſiti, tamen immunes fieri â peccato ſciverunt. Non poterit incuſare ſocios nequam, aut amicos improbos, vel authoritate ſupra ſe pollentes homines nefarios, qui ſe in adoleſcentia, vel pueritia corruperunt, & docuerunt abſurda ſcelera; quia advertet non paucos adoleſcentes olim vel pueros, à corruptoribus teneræ ætatis ſolicitatos, ſed timore DEI & amore, ab illis rejectos &c: Ne ad hoc devenias, ut te protunc nullatenus excuſare poſ-

re poſſis, cura vivere inter tentationes cum victoria harum, inter prava exempla, ſine horum imitatione, inter paſſiones, cum harum compreſſione, inter occaſiones ad peccatum, ſine peccato, inter ſocios nequam; & corruptores innocentum, ſine corruptione. Deindè hic te accuſa ipſe coram Confeſſario, & coram te ipſo, imprimis autem & frequenter coram DEO. Nullus etiam in die Iudicii peccatori patrocinabitur. Non Chriſtus; quia ejus ſanguis illum condemnabit. Non beatiſſima Parens: quia hæc, licet ſit MATER peccatorum, ſed eorum MATREM ſe reddit, qui ad Eam cõfugiebant viventes, & per

eam veniam delictorum poſtulabant, ipſiusq́ patrocinió hæc emendarunt, ac ſuſtulerunt per pœnitentiam. Non Sancti alii, quia horum ſuffragium in vita neglectum eſt. Itaq́ miſer peccator ab omnibus derelictus, expectabit feralem ſententiam. Ut taliter Protectoribûs & Patronî, non deſtituaris in die Iudicii extremi, hic illos mereri ſtude, refugium faciendo ad illos, & illorum patrocinio cooperando.

Sententiæ Iudicis. 4. *Faciet juſtitiam & judicium in terra* ait de DEO Propheta Ierem: 23. v. 5. Iam audi ſententias DEI Iudicis, quas proferet in extremo die, Converſus primó ad Sanctos, placidiſſi-

mo vul-

mo vultu dicet. *Venite benedicti, percipite Regnũ &c.* Tum converſus vultu terribili ad reprobos, tonabit in illos. *Ite maledicti in ignẽ æternum &c.* O quam felix illud *venite!* Venite inquit ad requiem æternam, poſt labores temporales, ad perennia gaudia, poſt ærumnas breves, ad regnum perpetuum, poſt humiliationes veſtri ad tempus. *Benedicti,* O verè benedicti, benè enim ipſis erit æternũ. O quàm infelix erit è contra illa ſententia ſecunda! *Ite maledicti,* ite à facie mea in æternùm: pro uſu voluptatum temporalium, ad ſupplcia æterna, pro trãſitoriis ſolatiis, ad ærumnas perpetuas. Ite, & procedite

in cru-

in cruciatibus ſemper & in æternum. *Maledicti.* O quã enim malè ipſis erit, quibꝰ DEUS maledixit! Et quam ſententiam à te audiendam putas? ſi à DEO, ejusq́ mandatis ac obſequio non recedis, auditurum te ſpera, feliciſſimum: *Venite.* Si autem è contra agis, audiendum à te time, infeliciſſimum: *Ite &c:*

Procide ante Divinam miſericordiam ſupplex. *O Iudex supreme! ut non experiar tuam ſeveram juſtitiam in die Iudicii, recurro nunc, ad tuam miſericordiam pientiſſimam. Miſerere animæ meæ peccatricis, miſerere bone Domine; & da mihi finalem gratiam. ne in peccatis moriar. Per mortem tuam*

tuam Chriſte Salvator concede mihi mori morte Iuſtorum &c:

****

CONSIDERATIO V.
De Inferno.

I. AUdi lamentum apud Prophetam. *Non videbo Dominum DEUM in terra viventium.* Iſ: 38. v. 11. Hoc lamentum eſt cujusvis damnati. Omnes enim privati ſunt DEI conſpectu in æternum, privati gaudiîs æternîs, privati Regno Cœleſti. O! quantam inde afflictionem habēt habebuntq́ miſeri! Cognoſcent enim clarè, quanta bona amiſerint, & videbunt quòd non poſſint illa recuperare. O! quantô hinc tormentô animi cruciabuntur! Fiat

Pœna damni.

Fiat quiſpiam ex conſpicuo adoleſcente, Senatoris vel nobiliſſimi Patris filio, ſplendidè & delicatè enutrito, villanus puer, ſervulus coloni, vulgo emetonis, vel hortulani ruſtici, adhibeaturq; ille ad viliſſima obſequia, ad paſcendos greges jumentorum, vel ſuum, vel anſerũ, veſcaturq; groſsô ruſticano cibô; nec ſpem habeat emergendi è tam abjecta ſorte, ad nativam ſublimem, & ad divitem Paternam domum redeundi, opulentamq; hæreditatem. O! quantam hic miſer adoleſcens vel puer ſuſtineret afflictionem! Quãtò major afflictio erit damnatis, ex amiſſione Regni Cœleſtis, æternarumq; in illo deliciarum, honorum vo-

luptatum

luptatum, ad quas, & ad quos jus habebant per gratiam, & habuiſſent, ſi illam conſervaſſent ad vitæ exitum: factosq; ſe videbunt mancipia dæmonis, perpetua fame, egeſtate, torturisq; crucianda in manibus, & nunquàm ſe, à tam crudeli ſervitute, & viliſſima infeliciſſimaq; ſorte agnoſcent eximendos: præſertim ex inde inexplicabili torquebuntur mærore, quia inſultabunt illis continuò diaboli, & beatiſſimum ſtatum, ex quo ſpontè exciderunt turpiſſimè illis in memoriam cum exprobratione revocabunt. Ne ad talem depreſſionem & inſultationem devenias, non dimitte jus, quod habes per gratiam ad Regnum

Cœlorum

Cœlorum, diligenter cuſto di theſaurum tuum, hono rem tuum.

2. Audi DEUM dicent Ier, 19. v. 3. *Ecce ego in ducam affiictionem ſuper lo cum iſtum, ita ut omnis qu audierit, illam, tinniant au res ejus*, Quæ comminatu eſt mala Dominus, his ver bis, Ieroſolymæ peccatrici, videtur iisdem devolvere afflictiones inferni æternas in damnatos. Non poſſu mus has ſufficienter expli care; quia ſicut diligentibus ſe præparavit DEUS tale bonum, quod nec oculus vidit nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, ita præparavit DEUS odio ſe habentibus, peccatoribus ſcilicet, talia mala, quorum

Pæna ſen-ſûs.

malitia

malitia ſufficienter à nobis explicari & cognoſci nequit. In umbris nonniſi proponi poſſunt, ad quæ tamen, vel taliter propoſita, tinnire debent ambæ aures. Itaq; cogita primò infernum eſſe barathrum in terræ viſceribus ſitum, obſcurum & anguſtum, & tamen tot milliones hominum in corporibus capiet, quæ ita anguſtiari debebunt in eo loco, ſicut haleces in dolio. Cogita 2dò in barathrum aliquod defluere omnes ſordes totius mundi ex cloacis, ſentinis, paludibus. Parum cogitaſti, plus illuc longê inenerrabilium ſordium congregabitur & ſcatebit, quā quæ intota, quanta eſt terra, continentur. Cogita

3tiò

3tiò damnatorum corpora fætere maximè (uti inſinuo inferiùs doctrinâ 3tia, dum ago de fæditate peccati mortalis) o! quanta hæc erit pœna damnatis, in illam ſordiſſimam cloacam inferni demergi! agglutinariq; fætidiſſimis corporibus aliorum. Crudelitas fuit ſumma Tyrannorum aliquorum, qui putridis cadáveribus vivos alligabant homines, prout illam in uno ex Tyrannis illis deſcribit Poëta.

Mortua quin etiam ſociabat corpora vivis
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora
Tormenti genus! & ſanie tabôq; fluentes
Complexu in miſero, dira ſic

ſic morte necabat.

Sed nec hæc umbra eſt, licet abominanda conjunctio, reſpectu intimæ adhæſionis damnati, aliorum damnatorum corporibus, quorum vel unum graviùs olebit, quàm ſi olerent omnia putrida hominum, canum & beſtiarum aliarum, in unum cumulum coacervata cadavera. Cogita 4tò in illud barathrum, inſecta, & animalia turpiſſima congreganda. Plus longè erit talium longeq; fædiorum in inferno, quàm in ſpeluncis, antris & cloacis &c: totius mundi ſit reconditum. Cogita 5tò in uno conclavi anguſto manere plures clauſos, ita ut non ſit facultas & poteſtas indè exeundi, omnesq;

moroſos, Sordidos, cōtẽntioſos, ſibiq;ad invicē capitales hoſtes. O quàm amarum eſſet inter tales cōtinuò vivere! in inferno, verò, tot milliones hominum, & dæmonum tales omnes erunt: omnes ſordidiſſimi, omnes mutuò ſibi maledicent, mutuò in ſe frement, ac ſtridebunt dentibus. Cogita 6tò qualis tibi horror eſſet ſi clauderers in antro aliquo tenebricoſo, monſtris terribilibus pleniſſimo. Infernus tale antrum eſt, in quo tenebræ perpetuæ, licet enim ſit ibi ignis, non lucet tamen, ſed urit tantùm; & ſi lucet, ad majorem horrorem demonſtrandum lucet. In hoc antro tot ſunt horrenda monſtra, quot dæmones, quot damnati

damnati

damnati homines; & o quãtus eſt horum numerus! Cogita 7mò acerbiſſima tormenta & ſæviſſimos cruciatus: lento igne combuſtionem, oſſium confractionem, cutis à corpore avulſionem, fragmentorum arundinis in digitos ad ungues impreſſionem, liquati plumbi vel picis frequentis in os infuſionem, in oleo ardente balneum &c: Horret hæc tua imaginatio? ſcito autem, quia hæc omnia, & alia crudeliora, etiam ſimul ſumpta, lenimentum eſſent damnato, reſpectu pœnarum inferni. Et non timebis illud? time & vita.

3. Audi iterum lamentum apud alium Prophetam *Periit finis meus, & ſpes mea*

F2 *à Do-*

à Domino. Thren. 3. v. 18.

Et conſidera, tantas inferni pœnas, exindè vel maximè eſſe graviſſimas, quia periit finis eorum, ſcilicet, quia nunquàm ſunt finem habituræ, & quòd nulla ſit relicta ſpes damnatis ex illis evadendi. Omnes calamitates mundi etiam maximæ, quas in hac vita toleramus, uti bella, peſtes, morbi, egeſtas, ſervitus, & cæteræ, ſi aliô carent ſolatio, ſaltem hoc habent, quia finis tandem illarum aderit, ſaltem in morte. Aſt deſtituuntur hôc ſolatio ſupplicia damnatorum, non poſſuntq́, nec poterunt cogitare damnati: hæc mala tandem mea ceſſabunt; ſed continuò obverſabitur illorum menti iſtud: nunquam

Æternitas pœnarum.

torturæ

torturæ meæ ceſſabunt, ſemper manebunt. O nunquã! o ſemper acerbiſſimum! O infeliciſſima æternitas, quàm longa es! ſufficienter illius longitudo explicari nequit, quia nec concipi à mortali homine benè poteſt, in imagine non niſi repræſentanda eſt. Imaginemur nobis itaq́; imò ſi ex hoc ampliſſimo terræ totius globo, unicum pulviſculum avicula conſervata à DEO, ad ſpatia imaginaria (ut vocant Philoſophi) efferret, intra centum annos. O quot milliones annorum expectãdi eſſent, ut integram terram transportaret! & tamẽ etiam illâ tota ſic transportata, non finiretur æternitas, & pœna damnatorum.

 Imagi-

Imaginemur nobis 2dò. Si ex his lachrymis, quas profundunt damnati, unicam alicujus damnati guttam lachrymæ ex omnibus ſelectam, quas per centum annos effunderet, conſervaret DEUS. O quantum tempus intèrveniret! donec ex illis guttis conſervatis, tanta copia humoris aquei exundaret, quanta eſt in omnibus totius orbis fluminibus, ſtagnis, piſcinis &c: ac in quovis mari. Et tamen & ſi tandem hoc tempus accederet, nondum etiam protunc finem haberet æternitas & cruciatus peccatorum. O æternitas! æternitas! quàm immenſa es! O quàm infelix eſſe ſi me in inferno abſorberes! Hinc autem

tem perpendes quàm enormis ſit ſtultitia! ad æternas ſe pænas inferni reſolvere propter tranſitoriam voluptatem, & momentaneas delicias. Agnoſcunt hanc ſuam ſtultitiam damnati. Sed quia ſerò; ex hac agnitione, afflictiones nonniſi referunt inenarrabiles, & dolores implacabiles, ac irremediabiles. Ne ergò & tu ſerò agnoſcas ſtultitiam tuam, eâ de cauſa hanc nunc agnoſce, & defle: ac dum tempus tibi conceditur, meliùs ad ſalutem tuam ſtude ſapere.

Procidens ante Chiſtum pro ſalute tua Crucifixum, ei ſupplica cum lachrymis, ne te infelici æternitate puniat. *O bone & miſericors*

Domine! Redemiſti, crucem paſſus, tantus labor non ſit caſſus. Redemiſti me, inquam, ab æternis inferni incendiis, non ergò infinitum pretium ſanguinis tui, fruſtretur in me &c.

****

CONSIDERATIO VI.

De Paſſione Chriſti Domini.

Quanta paſſus Chriſt9 in corpore Sãctiſſimo.

I. PAſſus eſt pro te ſaluteq́ tua Chriſtus in corpore ſuo Sanctiſſimo & innocentiſſimo, ô quæ & quanta! noſſe potes. Captivari, immaniter vinculis cõſtringi, catenis onerari, in carcerem ſordiſſimum pro nocte intrudi, in publico foro denudari, cum ſumma verecundia, crudeliſſimè ad columnam flagellari, pro te ſe permiſit; tum ſæviſſimam

ſpineam coronam cujus aculei craſſiores, etiam ad cerebrum penetrabant, in capite diviniſſimo ſuſtinere, tum Crucis patibulum prægrande ferre, ac huic clavis affigi, in eoq; per tres horas pendere, ac in eodem mori voluit. Vide carnem ejus Divinam totam ſauciatam, ita ut unum vulnus eſſe videretur integra, à planta pedis usq; ad verticem capitis fædè lacerata. Hæc pro te Chriſtus in carne ſua, & tu quid pro illo in tua? Ah quàm illi indulges! quàm illam molliter tractas! & tractari cupis! nullam mortificationem illi infers, nullam moleſtiam in ea pati vis. Deſideras certè, ut corpus tuum reſurgat glorioſum cum Chriſto.

Chriſto. Sed hoc tuum de-
Debem9 pati in corpore cũ Xſto. ſiderium eſt inefficax, & evanidum, ſi hoc corpus in blandiciis & deliciis vivere curas, & quidquam acerbi in eo ſuſtinere renuis. Audi quid S. Paulus ad Rom: 8 v. 17. *Si tamen compatimur, ut & con glorificemur.* Nimirum ait, non aliter nos gloriam habituros cum Chriſto, niſi compatiamur Chriſto. Si ergò volumus glorioſum corpus noſtrum redi, quale eſt redditum Chriſti Sanctiſſimum, pati in eodem noſtro corpore debemus cum Chriſto. Nec dicas. Sum delicatæ complexionis, & vel parva corporis afflictio, gravi me ſenſu afficit. Et quis magis delicatæ complexionis eſſe potuit,

Frivolæ excuſatio nes d mortificati-one corporis.

tuit, quàm ipſe Chriſtus? Nec Regum nec Principum filii, ita delicatam carnem habuerunt, qualis fuit Filii DEI, quæ ex puriſſimo Sanguine VIRGINIS immaculatæ, concepta eſt, & operâ Spiritus Sancti formata. Et ſine dubio, ingenti dolori cujusvis acerbitatis obnoxia erat, torturas autẽ crudeliſſimas, cum indicibili ſenſu tulit; ſuſtinuit tamen eas, ex amore tui. Sed fuit DEUS ſimul, & Homo (fortè ais; ut aliquos dicere audivi) Divinitas itaq; illum juvabat, ad tantam tolerantiam; ego autem, ſum purus, & fragilis, ac debilis homo. Verum eſt quod careas divinitate unita tibi, aſt adeſt tibi DEUS per gratiam

gratiam in omnibus ferendis adverſis, quæ in te permittit, & ad eſſe paratus, in omnibus iis, quibus ſpontè ex amore illius, carnem tuam affligeres. Iuvat te in tolerando, niſi, quod juvari ab illo renuas, excutisq; acerbitates, vel ſi non potes aliquas evadere, ſuſtines impatienter. Revolve vitas, Sanctorum, Martyrum præſertim, & advertes, quod ex his plurimi adoleſcentuli, pueri & pueruli, virgunculæ, puellæq;, tormenta diriſſima à Tyrannis, morteſq; ſævas, fortiſſimè & promptiſſimè tolerârint, in ſuis teneris & innocentibus corpuſculis pro Chriſto. Lege tales in Doctrina mea quinta recentiores; & confundere

fundere ob dicta tua, & ob non reſolutum ad macerandum tuum corpus, moleſtiisq; pro Deo obijciendum, animum. Perſpecta tibi quoq; eſt vita B. Staniſlai Koſtka & B. Aloyſii Gonzaga, utiq; fuerunt tales homines, qualis es tu. Horum autem Beatorum prior fuit Senatoris filius, magnæ familiæ in Regno noſtro, fortunæ paternæ opimæ, complexionis delicatiſſimæ, & tamen (ut taceam alias illius quotidianas mortificationes) pro Deo & ſalute animæ ſuæ, depoſitis pretioſis & ſplendidis veſtibus, corpus ſuum pauperculi pueri lacernâ induit, & pedes Viennâ, Romam usq; iter ſuſcepit, B. verò Aloyſius Marchione Patre genitus, Mantuani

Mantuani Ducatûs legitimus Succeſſor Sereniſſimus; & hic in palatio Paterno, inter delicias & blanditias Parentum degens, in corpus ſuum flagris deſæviebat, jejuniis illud macerabat &c. Jſti & illi omnes, Sancti fuerunt (inquies) ego non ſum. Non es Sanctus, credo, ſed deberes curare Sanctitatem. Utiq; vis inter Sanctos poſt mortem recenſeri? & cur non vis vivés inter Sanctos computari? Non ſanctificatur in Cælis, niſi qui ſanctificatus fuerit in terris. Audi, quomodo compellet D. Paulus fideles Romanos & Epheſios: Ad illos ſcribens Rom: 1. v. 7. ait *Dilectis Deo, vocatis Sanctis*. Ad hos vero: *Omnibus Sanctis qui ſunt*

Epheſi

Epheſi. *Ephes*: 1. v. 1. ſeculares ex iſtis fuerunt multi, ſicut tu es, & tamen vocantur Sancti quia Sanctitati ſtuduerunt viventes, ut eam aſſequi poſſent æternam morientes. Et tu ſine Sanctitate terreſtri, vis obtinere cæleſtem. Fruſtraberis hâc, cùm te illâ privas. Muſſitavit quiſpiam ad mentionem factam B. Staniſlai & B. Aloyſii. Hi aſpirabant ad Religioſum ſtatum, proindè diſcebant mortificare carnem in ſeculo, ne in Religione poſiti ægrê ferrent incommoda corporis, quibus ſtatus ille abundat; ego autem ad Religionem non habeo animum, itaq; mortificationes corporis relego ad clauſtra & Monachos, & ad Religioſos, vel.

ad

ad illos, qui ingreſſum Re-
ligionis meditantur. Jta ne
Non aſpiras dilecte ad Re-
ligionem, ſed vide, ne id
circo, quia carnis, & mund
deſideriis es abſorptus, qua
vocationem ad ſtatum Reli-
gioſum in te impediunt
vel eam comprimunt (ut
inſinuabo fuſiùs doctrina
2.)Sed demus, qùod te Deus
non vocet ad Religionem
ſed velit, ut in ſeculo ma-
neas. Ergò produco Secu-
lares, eosq; inclyti Sangvi-
nis. Comes erat S. Elzea-
rius, ditiſſimæ fortunæ, in
habitabat palatia, Aulicorum
inſignium turba illum cir-
cumdabat, nec unquàm
Religioſum ſtatum ample-
xus, & tamen his ſplen-
doribus ſeculi, quibus illu-
ſtrabatur.

ſtrabatur, Sanctitatis radios
conjungens, continuæ mor-
tificationi corporis ſe dede-
rat. Lege ejus vitam in
Patre Skarga. S. autem E-
dvardus, S. Ludovicus Se-
culares vixerunt ac mortui,
(taceo alios) Regesq; fue-
runt, ille Angliæ, hic Gal-
liæ; S: autem Caſimirus
noſter, Regni Succeſſor, uti-
què non in clauſtro, ſed
in ſeculo, non in cella reli-
gioſa, ſed in conclavi Pala-
tii vixit & obiit? Hi verò
ciliciis, flagellis, inediis,
carnem ſuam affligebāt. Quid
tu ad hæc delicatule? non
poſſum jejunare (reſpondet
tacitè quiſpiam tenerioris
ætatis) quia debilitas virium
imbecillium adhuc, id non
permittit, nec poſſum fla-
gelis

gellis cædere corpus, quia commoditatem ad id non habeo, aliasq́ mortificationes corporis ſubire, perquàm difficilè mihi eſt, Nec ego mi bone adoleſcens, ad macerationem corporis rigidam te interim induco, ſiquidem hæc tibi adeò ardua; imò ſuadeo, ſi ad affligendam carnem ſpiritus te abripit, ut conſilium adhibeas Confeſſarii tui, ac ex hujus præſcripto mortificationes, ſubeas, ne fervor indiſcretus ad nimias has, noxiasq́ valetudini, te compellat.

Mortificationes corporis faciles, adoleſcẽtibꝰ inſinuãtur

Verum ſubjungo tibi mortificationes tuæ puſillæ ætati competentes, vel immaturæ adhuc, easq́ faciles, & minimè vigorem corporis tui labefactantes, aut valetudi-

nem depaſcentes. Non potes jejunare rigidè & ſæpè, non jejuna mi bone adoleſcens, ſed potes ventrem non opplere, potes à bolo aliquo ſapido abſtinere, potes à fructibus multis vel aliquibus, aliisq́ cibis, Sanitati non convenientibus, ad quos fertur appetitus coercere appetitum, hoc ergò fac, utiq́ his minutiis mortificationũ te non conſumes, & gratum te DEO exhibebis per illas. Deindè alias quoq́ minores mortificationes corporis adhibe. 1. Os in vaniloquia, & nugas non reſolve, ac ſilentiô illud comprime eô loco & tempore, quô iſtud ſervandum. 2. E lecto te ad primum Sacrum, vel conſtituto tibi tempore, ſine

tergiverſatione expedi 3
Tempus præfixum ſtudii
impende. 4. Jn plateis non
curſites, nec lapillos jacias
aut promoveas. 5. Nemi
nem vellices, trudas, trahas
nec etiam jocô tangas. 6
In templo & alibi compoſi
tis, ante pectus manibu
ores, ſino reclinatione i
Scamno flectas, vel humi
nec ſedeas unquàm in tem
plo, aut ruſticè procum
bas. 7. Totum tempus Sa
cri auditioni ſive cantati
ſive lecti, & concioni, ve
ſperisq; & congregationi de
ſtinatum, in eodem loco
abſolvas, non vagando
inutiliter, non prodeund
ſine neceſſitate. 8. In tem
plo ad ſtrepitum, qui fort
cietur, vel ad campanul

ictum

ictum non reſpice. 9. Non proſpice otioſè per feneſtras, non criſpa vel tinge capillos, non vibra oculos in quaſvis perſonas. 10. Interrumpe converſationem, quam advertis non eſſe honeſtam, à verbis, aut iocis, etiam phyſicè ſordidis abſtine, non effundaris in cachinnos ſonoros. 11. Dictô, quo æmulum confundere poſſes abſtine. 12. Omnē luſum qui inconvenientiæ aliquid redoleat, cave. 13. Nunquàm in rixas vel oblocutionem te effunde. Certè hæ & his ſimiles plures mortificationum minutiæ, minimè vires tibi diminuent, minimeq; lædent valetudinem tuam. Has ergò ſaltem ob

 amorē

amorem Chriſti tanta pr
te in ſuo corpore Sanctiſſi
mo paſſi, aſſume, & propo
ne, ſi te ad majorem mac
rationem corporis non re
ſolvis.

Quanta paſſus Chriſtꝰ in honore.

3. Conſidera quanta pa
ſus ſit pro te Chriſtus i
honore divino & fama
Pro nefario & ſceleſtiſſim
homine habitus, & ut tal
captus, vinctus, accuſatu
mendaciſſimè, condemnatu
iniquiſſimè, & morte, pu
blicæ improbitati debita,
aq; infami & probroſiſſim
punitus. Et cur tu tuu
genus, tua talenta, & dote
tuam fortunam paterna
jactas & venditas? dum f
lius DEI ita pro te vilui
Cur æſtimari, honorari,
mari, appetis? cur ad ſub
initates

mitates & excellentias, emi-
nentiasq; ſupra alios aſpiras?
& iam de illis occupandis,
in ulteriori ætate, & nunc
etiam de aliquibus in Scho-
lis, mentem agitas? dum
Chriſtus pro te abiici præe-
legit, cur cenſuras tui, ju-
diciaq; de te ſiniſtra acerbè
fers, & cur verbi in hono-
re vel modicè læſivi. es im.
patiens. dum Chriſtus pro
te probra, contumelias, ma-
ledicta, exprobrationes igno-
minioſas, & reprehenſiones
fætidiſſimas toleravit. Ergò
ne, cùm Chriſtianus ſis, tã
difformem te incipis profi-
teri Chriſto Magiſtro tuo
diſcipulum? Ergòne cum
pro Rege & Domino tuo
ipſum agnoſcas, depretiari
in oculis hominum times

Honoris læſiones patiẽter ferẽdæ.

 &

& renuis? Dum hic Rex & Dominus tuus ita pro te depretiatus. Chriſtus pro te honore Divino in oculis hominum exutus. Et tu iam fortè dicis, multò magis poſtmodum dicturus. Honorem meum non cedã, ſed vindicabo hunc læſum omnimodo. & illum erigam, declaraboq; quid ſim, & quid poſſim. Et dum tibi dicetur (prout id fuſiùs inſinuo in doctrina quinta) quia honorem DEI, lædes dum hôc, vel illô modo vindicabis tuum. Tu nihilominùs per transgreſſionẽ mandatorum ejus, ab eo ipſo, vel ab Eccleſia nomine illius latorum, proſequi vindictam intendis. Vide, quid agas? Quæro ex te; vis ne

ne æternùm eſſe cum Chriſto in Cœlo? ſine dubio reſpondebis quod velis omninò. Ego autem tibi dico, quòd nolis, verbis quidem videris velle, ſed re ipſá nõ vis. Nemo erit in cœlo, niſi qui imitator fuerit Chriſti in hac vita; ipſe enim eſt via ad æternam vitam, & ipſum præeuntem nobis ad illam, ſequi debemus. Non poſſumus quidem illum imitari perfectè, ſed debemus imitari pro poſſe noſtro. Et eſt ne hæc via Chriſti, per tantum amorẽ honoris? hâc ne ille, cœlos petiit? *Oportuit Chriſtũ pati, & ſic intrare in gloriam ſuam*. Oportuit inquam, pati præter tormenta immaniſſima, graviſſimos dishonores

honores; ſaltem ergo, tu
parvos tuos ita feras, ut e-
os non ulciſcaris, utq; eos
non vindices, cum læſione
honoris Divini, aliàs cer-
tò ad Cœlum non pervenir-
es. Conſecra ergò generosè,
magno animo, & heroicè,
honorem tuum Domino tuo,
qui pro te honorem ſuum
Divinum, prodigere non
dubitavit. Nec dicas (ut
dicunt paſſim nonulli) non
poſſum id præſtare. Secu-
laris homo ſum, quem cen-
ſuraret honoris jactura.
Monachorum & Religioſo-
rum hic eſt actus, qui ele-
gerunt abjecti eſſe in Do-
mino Domini, me autem
ad hanc abjectionem, DE-
US non vocavit. Attende
quæ exigat à Corinthiis 2.

Nõ ſolũ à Religioſis, ſed & à ſecularibus.

11.

11. 20. S. Paulus. *Libenter ſuffertis inſipientes eſſe, cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim, ſi quis vos in ſervitutem redigit, ſi quis devorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit.* Cui hæc quæſo inculcat Apoſtolus? Monachis ne & Religioſis? nequaquàm, ſed Civi Corinthi, Provinciæ huic Urbi annexæ, qui erant ſeculares, nobilesq; plurimi, ac multi Magnates. Iſtos itaq; hortatur, ad detrimenta in honore non ægrè admittenda pro Chriſto, exponente honorem ſuum Divinum in ſalutem noſtram. O quã erras, dum tenaciter honorem tuum conſervare vis! inſipienter cenſens, quòd

ex

ex eo, quia es ſecularis, tãgi vel modicè in honore non debeas. Et Chriſtus quibus dixerit reflecte te: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his. qui oderunt vos*, (quod in doctrina quinta uberiùs inculco) utiq; hoc non dixit Monachis, & Religioſis, qui adhuc non exſtabant. Ponebat quidem fundamentum vitæ Religioſæ in ſuis Apoſtolis & diſcipulis, ſed verba dicens ad Populum, non hos ſolos compellabat, ſed alios quoscunq; univerſaliter alloquẽdo, proponendoq; novæ legis doctrinam, omnes concernentem, ut ad imitationem ſui (qui pro perſecutoribus ſuis õrabat, & benefaciebat hoſtibus ſuis) ſuos

ſuos, & ipſi, inimicos diligerent, iisq; benèfacerent. Audivi dictum à quopiam: Ecce gens Iudaica, eò quòd Chriſtum ſuppliciis, & morte crudeli affecerit, facta eſt vaga ſuper terram, deſpecta, abjecta, contemptibilis & ſordida. En quomodo ultus eſt Chriſtus in illa ſuas injurias! & tu prohibes, ne ego ulciſcar meas. Parce verbô, quisquis es, audacter nimis, & imprudenter diſcurris. Ut gens Iudaica pro enormiſſimo ſcelere Deicidii tàm feraliter plecteretur, id ſpectabat ad juſtitiam DEI vindicem criminum, iſta non ſolùm in altera, ſed & in hac vita punientem meritò. Sed Chriſtus Dominus pro ſua bonitate

bonitate, & ex perfecta injuriarum ſibi illatarum tolerantia, ſupplicia hæc à gente in ſe malevola, avertebat. Orabat enim Patrem Cæleſtem ex animo pro perſecutoribus ſuis, ſe torquentibus & ſe occidentibus Iudæis impiiſſimis. Ante paſſionem autem, laſſabatur, perambulans (docendo viam ſalutis) urbes, & Caſtella ac regiones, in quibus illi degebant, qui vitæ ſuæ inſidiabuntur, qui ſe calumniis impetebant, ſanabat etiam & corpora talium, vitamq; illis donabat temporalem. Quia verò illi ingratiſſimi & obdurati homines, amorem Salvatoris erga ſe tantum, agnoſcere nolebant, & quia gra-

tias

tias, quas à Patre Cœleſti pro illis petebat, ut reſipiſcerent, & converterentur à via peſſima, reſpuebant, hoc erat ipſorum obcæcatæ malitiæ, quæ utiq; vindictã Divinæ juſtitiæ provocare debuit, ut puniret hos nefarios, & poſt mortem eorum, & in eorundem vita, ac in poſteris eorum, & ut abijceretur gens tàm improba. Nihilominus multi ex hoſtibus, ad Salvatoris curam, & preces, etiam illi, qui quærebant ad mortem Chriſtum, qui eum accuſabant, qui ut crucifigeretur acclamabant, & qui eum Cruci addicebãt, percutientes pectora ſua revertebantur, obtinueruntq; veniam. Quòd autem alii

plures

pluꝛes hanc non lucrati; & quis eſt in cauſa? illi ipſi quod gratiam Divinam oblatam ſibi neglexerint; manentes pertinaciter in ſua malitia in innocentiſſimum Dominum. Etiam tyrannos & homicidas Sanctiſſimorum Martyrum ſic DEUS punit, & ſi Sancti, DEUM pro illis exorent, dum ab illis moriuntur. Legimus in vita S. Ansgarii Suecorum Apoſtoli, quod dum hic inſtituendis occuparetur Eccleſiis, tres nepotes ſuos, quibus interim *Eccleſiam ſuam Epiſcopalem Vexionenſem commiſerat, amiſerit, quos rabies Ethnicæ Superſtitionis, ex odio fidei veræ, crudeliter necaverat. De quibus interfectoribus* Rex *Catholicus*

tholicus Olaus Skothonung, dictus, dignũ ſupplicium ſumere voluit: Sed benigniſſimus Pontifex ne occiderentur orabat, & exoravit, qui ſine dubio pro iisdem, etiam Divinam Maieſtatem deprecabatur. Sed dum nefarii homicidæ, dignos ſe veniâ, per agnitionem veritatis fidei, & per pœnitentiam præſtare nollent, in illos ipſos & poſteros eorum, progeniemq;, DEUS extendit ſupplicia. Cum enim, quadam nocte, circa ſtagnum Vexionẽſi Eccleſiæ contiguum, orãs Sanctus Præſul inambularet, vidit à longè, tria lumina per aquas ad ſe ferri: quorum indicio urnam, in qua chariſſimorum nepotum capita proiecta erant, in aquis

quis invenit, quæ adhuc roſeo cruore perfuſa aſpiciens, audit vocem ex uno capite, in hæc verba: Vindicabit DEUS. Alterum dixit. Quãdo? Tertium ſubjunxit: In Filios Filiorũm. Quod illæ interfectorum familiæ (uti referunt Annales Sueciæ) in hanc usq; diem experiuntur. Non eſt certè novum, immò ordinarium eſt ut injurias ſervorum ſuorum, ulciſcatur DEUS in familiis eorum, qui illas intulerunt, quales Familias etiam in Polonia noſtra reperiremus. Scio illos, aſt parco illis. Quid ergò miraris, gentem Iudaicam iniquiſſimam puniri hucusq; etiam in terris pro Deicidio? Scito, quia etiam hoſtes tui plectentur à

DEO etiam in hac vita, qui te hoſtili animo, & innocuè affixerunt; & hoc eſt munus Divinæ juſtitiæ, innocentiæ læſæ ſemper vindicis. Sed tu exemplô Chriſti Domini, non debes pœnas ipſis optare, multò magis non debes quærere. Imò condonando ipſis ex corde offenſam, debes pro illis DEUM exorare. Conferet illis ad tuam deprecationem benigniſſimus Dominus gratiam, quâ avertere à ſe pœnas poſſunt. Sed dum hanc gratiam reſpuent, hærebuntq; in ſuis delictis, puniet illos pro te æternùm, & temporaliter, poteſtq; taliter punire illos, etiam in poſteris, juxta proportionem delicti in te com-

miſſi, & juxta hujus cir-
cumſtantias. Tu tamen
quantùm ex te, ad nullas
ipſos pœnas devove, im-
memorem te faciendo illa-
tæ tibi offenſæ (ut dixi
jam) imò te deprecatorem
apud DEUM pro illis fac.

A quib9 paſsus Xſtus.

4. Conſidera à quibus
paſſus ſit Chriſtus? Paſſus
eſt à Principibus Sacerdo-
tum, qui accuſationes ini-
quiſſimas contra illum pro-
na aure audiebant, easq;
probabant, confirmabantq;
& à quibus blaſphemia illi
imponebatur, ac everſor le-
gum, invaſor Regni Iſraeli-
tici, deſtructor Templi, cō-
motor ad ſeditionem ple-
bis, hypocrita, pſeudopro-
pheta, ſeductor populi, ho-
moq; nefarius eſſe cenſeba-
tur

batur, dignusq; morte, ſce-
leratiſſimis debita. Paſſus
eſt à Rege Hærode, qui
ipſum, cum toto exercitu
ſuo illuſit, pro ſtulto re-
putavit, & tanquàm fatu-
um, vel ſcurrā, indutum ve-
ſte alba ad ludibrium & pro-
brum ex Regia ſua expedivit.
Paſſus à Præſide Romano Pō-
tio Pilato, qui illum ob reſpe-
ctum humanū, morti crude-
li, infami, & ignominioſæ ad-
judicavit. Paſſus à Diſcipulis
ſuis; quorum unus ſacrilegè
illum vēdidit, & frauduléter
tradidit, alter ter negavit, o-
mnes relictô eo in manibus
hoſtium, fugerunt. Paſſus à
Nobilibus, & Proceribus,
qui in illum odiis exarſe-
rant, à Pharisæis & Sacer-
dotibus inflammati. Paſſus

 à mi-

à Militibus, qui illius Regiæ ſupremæ dignitati illudebant, impoſitione coronæ ſpineæ ſeviſſimâ & ignominioſiſſimâ, & arundinis locô ſceptri, in manus intruſione, chlamydis coccineæ in humeros ſanctiſſimos injectione, fortè in ſterquilinio inventæ. Paſſus à Civibus Ieroſolymæ, & populo numeroſiſſimo ad eam congregato, à Viris fæminisq;, & quavis ætate, qui omnes uno quaſi ore inclamabant, *Crucifige, crucifige eum!* malueruntq; improbiſſimum Barrabam eligere ad vitam, quàm Sanctiſſimum Dominum, vociferantes: *Non hunc ſed Barrabam.* Paſſus à lictoribus, qui in illum cum ferina

rabie,

rabie, ferociùs & duriùs deſæviebant, quàm illis permiſſum eſſet, à judicio & ſi iniquiſſimo & malevolentiſſimo. Paſſus denique à viliſſima quavis & abiectiſſima fæce hominum, ſervulis, lixis, nebulonibus, qui illum pugnis feriebant, tundebant, proſternebant, cõculcabant, faciei eius ſanctiſſimæ, ſævas alapas impingebant, & ſordida ſua ſputa in eam excreabant: Pro te Chriſtus ab omni hominum genere, tot ac tanta patitur. Et tu quid pro illo? Ne umbram horum. Si quid autem pati debeas, o quàm acerbè fers! Dicis verò non raro, quando vel verbi aculeô ab aliquo pungeris. Si mihi Profeſſor vel

alius

alius in me jurisdictionē habens vel Superior me dotibus naturæ aut animi, aut ſaltem mihi æqualis, talia diceret. ſuſtinere poſſem. Sed quia hic vel ille, qui non eſt mihi par conditione & aliis donis, hæc in me protulit, ferre nullatenus poſſum. Et hæc ne eſt patientia Chriſtiana? diſce ex amorè Chriſti tui à quovis tolerare injurias, Dum continget, ut aliquis te notet deferatq; immeritò in quopiam defectu, qui vilis eſt reſpectu tui; non exardeſce contra illum, odiumq; in illum non fove, & vindictæ occaſionem aut tempus ex illo non quære. Si quis dicto te offendat, quicunq; ille ſit; tace, non re-

ſponde.

ſponde. Utiq; pro te Dominus tuus IESUS, ad convitia & contumelias obmutuit. O revera dignus eſt, ut hoc ex amore illius præſtes! Si Parens tuus amantiſſimus declarans tibi Paternam benevolentiam, vel Mater tua dilectiſſima, maternum cor tenerrimum tibi pandens, tibi intimaret, Fili mi ex amore mei non ſis offenſus huic qui te læſit, certè condonares promptè offenſam, ut Patri vel Matri amantiſſimæ placeres. Et nonne Chriſtus Dominus eſt Pater tuus? qui te incomparabiliter magis diligit, quàm Parentes tui, & tanta pro te paſſus eſt, quorum nihil Parentes tui, pro te ſuſtinuerunt, & qui tibi

Ex imitatione & amore Christi, à quocunque illatæ injuriæ, patienter ferendæ.

benefi-

beneficia ſine comparatione ulla, majora exhibet, quã Parentes tui. Hi, te genuerunt; Sed DEO debes vitam in terris ſine quo Parentes nequaquàm tibi illam cõtulliſſent, debes quoq; eidem & fortunas, ſine quo tibi conferri non poſſunt, habes autem à Chriſto vitam æternam & hæreditatem Regni Cœleſtis tibi paratam, quam tibi Parentes dare nequeunt, imò aliqui filios ſuos in hac obtinenda impediunt. Hic ergò Pater tuus, vel plusquã Pater IESUS, inculcat tibi, imò rogat te per vulnera ſua pro te ſuſcepta, per ſanguinem & mortem ſuam, ut condones offenſam, à quocunq; illata tibi ſit: ſi

hoc præſtiteris in gratiã mei, ait, ſummè mihi placebis, & maxima præmia, ſublimemq; in Cœlo gloriam tibi donabo. Ergòne non obtemperabis optimo huic Parenti, hæc à te expoſcenti? Silice duriùs pectus tibi ineſt, ſi te non movebit amor magni tui Patris, ita te amantis, ad rependendum illi amorem, & ex hoc ad condonationem injuriæ. Reſponde ergò Domino tuo clementiſſimo & Patri amãtiſſimo, omnes læſiones tui, quas tuliſti aliquando, vel ſi fers aliquas nunc, & illas quas feres tota vita tua ſequenti, ferreq; potes, ipſi conſecrando, ac in Sanctiſſima ejus vulnera deponendo.

)(***)(

CONSIDERATIO VII.
DE Amore DEI.

I. AUdi D: Bonaventuram. *Quid magis excitat ad amorem quàm veraciter & perfectè diligi?* Et conſidera, quàm veraciter & quàm perfectè te Deus diligat. Diligit veraciter; quia in amore tui, purè bonum tuum quærit. Amantur Parentes à filiis, filii à Parentibus. Benefactores, à beneficiariis, Amici ab amicis, Patroni & fautores à clientibus ſuis, Domini optimi à Servis, honores à Magnatibus &c: Horum omnium amores non ſunt veri, quia amando hos vel illos, vel hæc & illa, ſe potiùs amant, nam ſua amant ſolatia & commoda ex

Stim: am C. 1.

Solus Deus nos verè & perfectè diligit; & idcirco ſūmè diligendus.

ex illis. DEUS te verè amat: quia ut tibi benè ſit per amorem ſuum tui, hoc intendit, & non, ut ſibi benè à te ſit. Quod enim bonum miſer homo conferre DEO poteſt? qui ſufficientiſſimus ſibi eſt ad omne bonum, nec aliô indiget, quàm quod in ſe poſſidet. Amat etiam te DEUS perfectè: quia quidquid bonorum habes, habebis, & habere potes, ea tibi ipſe elargitur, ita ut nihil ad felicitatem tuam deeſſe tibi queat, ab amante te DEO, ſi velis bona ejus oblata acceptare. Percurre bona cōmunia: creationis, redemptionis, ſanctificationis &c: Perpende peculiaria tua educationis, inſtitutionis &c: inſtin

inſtinctuum, inſpirationum, averſionis â peccatis, mediorum ad æternam ſalutem. Perpende etiam iſta, quæ tibi dare paratiſſimus eſt; nam infinitus, bonitatis & divitiarum ejus theſaurus patet tibi. Et non amabis Dominum DEUM tuum? qui te tàm veraciter & perfectè amat. Moveris hominum erga te affectibus, ad amorem illorum, licet te illi nec verè, nec perfectè ament. Et cur non moveris ad amandum D E U M, amore ipſius vero, & perfecto erga te. *Nemo fortiùs quam dilectione trahitur, neq; poteſt non diligere, qui agnoſcit ſe dilgi; ait S: Laurẽtius.* Juſtinianus in faſcic: amor: c. 9. Agnoſce tantùm,

tùm, quantum te D E U S te ligat, & amabis ipſum.

2. *Summum bonum ſummè deſiderandum & diligendum*, docet nominatus S. Bonaventura in Pſ: 118. Et cogita quòd D E U M amare debeas ſuper omnia bona. Utiq; in bonis creatis: ea magis amas, & deſideras, in quibus majorem bonitatem advertis, ut tibi patet inductione, & experientia tua. Ergò ſummum bonum, quod eſt D E U S, ſummè diligere & appetere debes, Hoc bonum continet eminentèr omnia alia cogitabilia & poſſibilia bona, ſuperatq; omnium aliorum bonorum bonitatem infinitè. Ut quid ergò occupas cor aliis bonis, & illud ad ſummum

Deus ſuper õnia amandus.

ſummum bonum non elevas? Eleva & dic: *Amo* [illegible] *DEUS meus! o amo! & [illegible]mare ſemper deſidero ſuper omnia. Quid mibi eſt in cœlo? & à te quid volui ſuper terram, DEUS cordis mei, & pars mea DEUS in æternum? Amo te ſuper Parentes meos, ſuper omnes propinquos meos, ſuper omnẽ fortunam, omnesq; divitias, ſuper omnes honores, ſuper omnia ſolatia, ſuper omnia commoda, ſuper omnes amicitias, ſuper omnes benefactores, Patronos, & fautores meos, ſuper vitam meam. Amo te etiam ſuper gloriæ cœleſtis felicitatem, quam idcirco tantùm deſidero, ut te in illa amem in æternum. O amor! O DEUS meus!*

meus! occupa me, & poſſide me totum. Nihil ſit in me, quô non amem te ſuper omnia. O amor DEI mei! repleantur te omnia viſcera mea, totum cor meum, omnesq; medullæ ejus. Amem te mi DEUS, integrâ vitâ mea, omnibusq; ejus annis, diebus, horis, momentis, minutis, Amem te vel maximè ſuper omnia. DEUS meus & omnia mea, morte mea, ac in amore tui expirem, ita ut ultima ſit reſpiratio mea, nomen, amorq; tuus.

3. Attende, quid dicat S. Clemens Alexandrinus l. 4. Strom: *Bonum eſt, quidquid ſummo bono conjungitur.* Unde infer, quod quid videtur eſſe bonum, & nõ amatur per conjunctionem

Nihil boni absque Deo idcirco nil amãdũ præter Deũ niſi propter Deum.

 cum

cum ſummo Bono, ſeu pro-
pter ipſum nempe DEUM,
illud bonum, ita amatum
jam non eſt bonum. Nam
nec in ſe poteſt habere bo
nitatem aliquam ſejunctam
à fonte boni, nec nobis
prodeſſe, adeóq; fruſtra &
vanè amatur, immò & no
xiè. Quid enim prodeſſe
nobis poteſt ſine eo, à quo
omnia bona procedunt, &
& ſine quo nihil poteſt
eſſe boni? Ne ergò erres in
amore, amando mala pro
bonis, vel neq; mala neq;
bona pro veris bonis, in
nullius rei creatæ amore ſi
ſte, dum illam amas, & a
mabis, ama in DEO & pro
pter DEUM. Hinc te in
particulari reflecte ad tuos
amores, quales ſint, & qua
les

es debeant eſſe ſemper? A-
mas Parentes tuos. Et cur?
ſi amas illos ideò, quia na-
tura ipſa compellit te ad
illorum amorem, & quia
te genuerunt, nutrierunt,
educant, inſtituunt, fortu-
nasq; pro te congregant, &
quia vides & experiris, tè
ab illis amari; dumq; jam
ſubſiſtis in his motivis, ad
amandos Parentes tuos, nec
conjungis amorem illorum
cum ſummo Bono DEO;
amando taliter, neq; bonum,
neq; malum amas. Non a-
mas hoc; quia tamen tali
Parentum amore, non ali-
enas te à DEO, nec aver-
tis, amando quidpiam con-
nexum cum eſſenſia ejus a-
deóq; malum tuum: non a-
mas etiam bonum, quia ſi-

 cut

cut nulla res creata potc
eſſe tibi bona, non conju
ćta cum ſummo Bono, i
& Parentes tibi dilećti. E
go amas tali modo Pare
tes fruſtra & vanè. E
va ergò illa motiva amor
& promove ad DEUM
amando Parentes, quia D
US vult ut illos ames,
quia amor hic tuus illi pl
cet, & quia ille à te exig
ut gratitudinem & revere
tiam Parentibus tuis, à
exhiberi, ita & amorem
Sic amando Parentes, am
bis bonum, tibi proficuum
nec amabis gratis, quia pr
mia à DEO pro ejusm
di amore mereberis. Am
amicos, Socios fideles, pe
ſonas aliquas, cur quæſo?
amas idcirco, quia ſu

ocii illi tuarum inſolenti-
rum, quia tuos defectus &
itia, ſi non juvant, ſaltem
on notant, & diſſimulant,
el quia te inordinatus
liquis, & DEO diſplicens
ffectus, ad aliquas trahit
erſonas, Amor hic tuus
ertur in malum tuum, &
mas infelix noxam & da-
nna tua, quia excludis DE-
UM à te, perpetuum amo-
em, & ab eo te avertis.
imiliter diſcurre, de amo-
e Parentum, redeundo ad
ujus conſiderationem. Si
mas Parentes; quia te in-
dulgenter tractant, quia,
juvenilibus tuis deſideriis
onnivent, quia tibi omni-
a abundè ſuppeditant, non
ad neceſſitatem ſolùm, na-
talibus tuis convenientem,

ſed etiam ad luxum & v
nam oſtentationem, qua
doq; & ad faſtum, & qu
delicta juventutis tuæ n
puniunt, neć puniri volu
& in occaſiones te horu
ingerunt, permittuntq; te
berè agere cum quavis pe
ſona, ac verecundiæ dam
in te diſſimulant &c: Am
do ideò Parentes, amas m
gnum malum tuum, m
gnaq; detrimenta: & iſte
mor ſegregat te à DEO
avellit procul, proindè e
tibi ſummè nocivus erit
& in hac vita, & poſt mo
tem. Nam talis tui educ
tio (uti evenire videmu
reddet te hominem nulli
frugi, nequam, improbu
ac hæreditatis Paternæ d
dilapidatorem, in luxu

faſtum, & in obſcæna ſolatia diſſolutum, vitamq; tibi abbreviabit, (uti compertum habemus in multis) ita, ut immaturô fato, in flore ætatis, conſumptus licentiis, decedas miſerè. Dum autē amas amicos, & ſocios (quorum conſiderationem amoris adhuc repete) ideò, quia illorum genius, mores, affabilis agendi modus, erga te pro te propenſio, tibi arrident, ſupponendo, quod ad nihil indecorum ſint tibi adjumento: ſi illos amas ita,ut in his motivis amoris quieſcas amas neq; bonū,neq; malum. Nō amas quidē hoc, quia tamē à DEO per talem amicorū amorē te nō avertis, ſed quia per illū Deo nō cōjūgeris,nō amas etiā bonūSed

dum amicos & ſocios amas, ut ames bonum, ama illos ideò, quia ſunt tibi exemplar modeſtiæ, probitatis, devotionis, & quia tua converſatio cum illis erudit te, vel confirmat in virtute, ac in conſervatione innocentiæ; & quia illi ſunt tibi addicti in Domino, optantes, deſiderantes, & pro poſſe curantes, ut eum ſt tum vitæ amplectaris, quem tibi DEUS ad ſalutem deſtinavit, & ad quem vocatum, te illi norunt, cum ipſis id in confidentia credideris, vel quia tibi ſunt conſilio & aliqui ex illis etiam auxiliò, ut te ſtudiis debitè applices, quatenus in Virum egregium evadas, ad Familiæ ornamentum & decus Patriæ ac

ſubſidium

ſubſidium, & ut ſcias ſimul & huic prodeſſe in publicis muniis ac negotiis, & ſaluti tuæ æternæ providere, per tua, Reipublicæ, bonoq; communi præſtanda obſequia, ac in his eſſe exẽplum Civis Catholici, DEI gloriam ubiq; & honorem in omnibus circumſpicientis, promoventisq; cultum illius ubiq; &c: Ob has rationes, ſimilesq;, amando amicum, condiſcipulum, vel collegam tuum, vel quempiam, quem habes in Scholis tibi addictum, & habere potes poſtmodum; amas bonum tuum, quia conjunctum cum ſummo Bono Deo tuo. Idem dicendum de aliis amoribus quarumcunq; rerum creatarum, uti divitia-

rum

rum, honorum &c. quas plures, non induco, & fuſius de illis non tracto, ne longior ſim. Talem ergò amorem creaturarum cura, talem in Scholis diſce, talē totâ vitâ tua fove in corde, & conſerva. Ad quod, auxilium ab eodem ſummo Bono expoſce, illudq; ſic compella. *O DEUS meus, o amor meus! & quid ego amare debeo ſine te? Pereant amores illi infelices, procul ſint à corde meo, & nūquàm in eo ſubſiſtant, qui me à te avellerent per offenſam tui. Ah nolo Domine! amorem illum, qui tibi diſpliceat, & me à te excludat. Malo mori, quàm in talem amorem aliquando conſentire, ipſoq; ad creaturam ali-*

quam

quam ferri. Elimino etiam ex eodem corde meo amores omnes creaturarum, quæ me non conjungunt, vel non conjungerent tibi, ſed quidquid amo, vel amabo, amo & amabo tecum, propter te, & in te, omnemq; alium amorem ad te DEUM memu convertam ſemper. Tu me adjuva bone Domine, & erroneos amores deviantes à te, in me non permitte, quatenus amādo te in omnibus & per omnia in vita mea tota, amē te vel maximè ſic in morte mea, ac conjunctus tibi per amorem, moriar, tecumq; ſim in æternūm, tibi intimè cōjunctus in gloria.

4. Munia amoris DEI S. Bernardus ſuper Salve Reg: ſcribens hæc præponit. Ine- *Amoris erga DEUM munia.*

briat

briat amor DEI ad contemptum mundi: calefacit, quia ferventes facit: acuit, quia erudit; facit audaces contra adverſa, & fortes, mundo & dæmonibus invincibiles. obliviosos eorum, quæ retrò ſunt. Undè conſidera amorem DEI debere eſſe efficacem, & non in ſolo affectu conſiſtentem ſed etiam in effectu. *Itaq; Imò Inebriare nos debet amor DEI, ad contemptum mundi.* Quæ clara doctrina eſt, dum ad eos ordinatur, quos DEUS vocat ad ſtatum Religioſum, iſti enim quia ex amore DEI, propter ſalutem ſuam ſecuriùs locandam, mundum deſerere debent, debent etiam ipſum contemnere, nam ſi deſerent tantum

Amor DEI ſit conteptor mundi.

tum

tum & non contemnent, tanquàm rem nocivam ſuæ animæ, ex DEI prævisione, qui vidit ab æterno illos in ſeculo non ſalvandos, pericula ſalutis non evitabunt; nam mundus quidem derelinquetur áb illis, ita ut in illo non vivant, ſed hærebit in animo illorum, ab hoc non excluſus, quia non deſpectus, & foris tantùm præferent ſe eſſe extra ſeculum, intus verò ſeculum fovebunt. Refertur in Democrito ridente, quod *Doctor quidem togæ holoſericæ lacinias pretioſis Zebellinis, interiora verò, ad ſumptus vitandos, ovillis ſubduci mandavit. Et quidam obvius ait: bona fortuna te in tam pulchra veſte comitetur. Sed*

Realis in Religioſis.

quæſo,

quæſo, dic mihi; an interiora exterioribus his reſpondeant? cui Doctor: non auſim hoc dicere: prætextas quales ſint, vides, at reliquæ ſunt ex eo genere, quô tuæ? Si quempiam Religioſum ſecularis interroget, an interiora reſpondeant exterioribus? cogetur fortè quiſpiam cum verecundia reſpondere: non auſim hoc dicere. Prætextas quales ſint vides; Sanctus nempe habitus Religionis: at reliqua, cogitationes, opera &c: ſunt ex eo genere, quô tua, indiſciplinata nimirum, & ſecularia. Et tales fiunt *Religioſi*, ii omnes, qui dum ingrediuntur Religionem; mundum deſerunt, ſed non contemnunt, non reiicientes

ſecularia deſideria ex animo, dum vel ob ſpem Infulæ, clauſtralem vitam amplectuntur, vel alios vanos fines admiſcent, vocationis implendæ propoſito. Si ita; bonæ adoleſcens deſeri à te debet mundus, debet & cōtemni, ex amore DEI: aliàs hunc ſtrenuum & efficacem Domino non exhibebis, propendens ad hæc quæ mundi ſunt, nempe honores, & commoda aliqua ſolatia, quæ in ordinatis benè Religionibus, providet charitas ſuperiorum ſubditis ſuis in clauſtro, quorum non uni ſors naſcendi, vel fortunæ inclementia negaverat illa in ſeculo. Aſt quomodo amor DEI illos, quos DEVS ad

Per affectum in ſecularibꝰ abſolutum à terrenis.

ſtatum Religioſum non vo cavit, inebriat ad contem ptum mundi, explicandum eſt. Etiam hi ſuô modo debent eſſe mundi contem ptores, ſi ſincerè volunt a mare DEVM, & ex toto cor de, uti debent. Et quô p cto id præſtabunt? non e nim poterunt contemnere mundum, dum in hoc vi vent, & curis ſe ipſius im plicare tenebuntur. Docet illos S. Paulus artem con temptus mundi, & ſi in hoc hærebunt, dum ait: 1. Epiſt ad Corinth: c. 7. v. 13 *Qui utuntur hoc mundo tã quàm non utantur: præteri enim ſigura hujus mun di.* Nimirum ſeculares ho mines, qui non in clauſtris ſed in mundo degunt, u

tunturq́;

uranturq́; hôc mundô, utantur ſanè illô cum bono DEO. ſed ita utantur, tanquam non utantur, ſcilicet in ipſo uſu mundi vanitatem ejus agnoſcant, & figuram eſſe prætereuntem inanium bonorum apprehendant; proinde inter curas mundanas, primariam ſalutis æternæ, & perennium bonorum curam habeant, imò illi curæ, ſemper DEI curam præfigant, uti præcedenti puncto inſinuatum. Abſit autem ab illis, ut pro aliquo bono mundi, DEUM deſerant, per ejus offenſam; ſintq́; ita in animo conſtituti, ut præeligant omnibûs fortunîs exui, ſolatiîsq́; privari temporalibûs, quàm propter illa, vel aliquod ex illis DEUM à ſe

K repu-

repudiare. Cogitent præterea mundum eſſe falſum amicum (ut ait Bonaventura) qui in morte deſerit; de ſuo non tri- buit; auxilium nullum impē- dit. Itaq; mundi proſperita- tibus nemo fidat, quæ ſunt mutabiles; & in illis ſpem ſuam non locet, ſiquidem in morte illum deſerent, & ſi ad hanc, quòd eſt incertum, & fallibile, illi conſtanter de- ſervirent; nec etiam moriens habebit auxilium à mundo, ſi hoc ab operibus ſuis, ex DE gratia, & à miſericordia ipſi us, patrocinioq; Smæ MA TRIS, & Sāctiſſimorum Pa tronorum, non obtinebit. Pe pendant deniq; quia foderū *ſibi ciſternas, ciſternas dſſipa tas, quæ continere non valen aquas*, uti Jerem. 2. v: 13

Mundꝰ falſus amicus.

dicit Propheta, quando labo- rem, mundi bonis acquiren- dis & accumulandis impen- derunt. Nam (ut ait S: Tho- mas Villan) *Verè ciſterna diſ- ſipata honor eſt, ciſterna per- forata voluptas, divitiæ, & o- mnis proſperitas mundalis: nō valet aquam continere. Tri- duo placet, & ſtatim evane- ſcit omnis illa conſolatio, & faſtiditur & diſplicet.* Expe- riemini id Domini mei, qui in mundo, poſt terminata ſtudia literarum, vivetis, eoq; utemini. Proinde nunc di- ſcite contemnere mundum, ut eum, dum eô utemini, cō- temptibilem reputetis, ad e- umq; deſideriis nolite abri- pi, affectuq; immoderato nō natis cor veſtrum agitari ad illius bona, ne hoc ipſis

poſtmodum agglutinetu
quodammodo, & abſorbe
tur ab iisdem, cum annex
ſolicitudinibus, & torturis
nimi, dum ab illo violent
illa ſors adverſa, calamit
temporum, inimicorum,
adverſariorum artes ſubd
læ, & mors tandem ipſa
vellet; decedatisq; ex vi
hac infeliciſſimè & miſer
mè, quia & mundo deſtitu
& Cælô indigni,

5. Secundum munus
moris DEI quod *calefaci*
quia ardentes facit. Exer
ne munus hoc in te? Imp
mis vide qualis ſit tuus f
vor in iis, quæ ad imme
atum cultum DEI pertin
in confeſſionibus ſacramen *Amure DEI*
libus, in ſacra communio *Oratio Fer-*
in auditione ſacri, in orat *vens,*
nibus

nibus &c? fortè cum parva
reflexione, & non præmiſſa
diſcuſſione ſeria conſcien.
tiæ, nec dolore de peccatis
ob amorem DEI in te exci-
táto,nec firmô conceptô pro-
poſitô, nullaq; alia præpara-
tione prævia, accedis ad cõ-
feſſionale : orationes autem *Et alia ad*
tuæ, quæ? & quales? forſan *immediatum*
modicæ, eæq; tepidæ &c: *cultum DEI ſpectantia.*
Aſsveſce fervori in his, ne
poſtmodum penitùs frigeſcat
amor DEI in iisdem, Ne ſis
in ulteriori ætate tua ex eo-
rum numero, quales nobiles,
& alii non raro conſpiciun-
tur, qui dum Eccleſiam in-
trant, neglectâ DEI Eucha-
riſtici adoratione, amicos &
notos ſalutant ac venerãtur,
tum ſcamnum ingreſſi in di-
ſcurſûs de ſtatu,, vel in po-

 liticos,

DEI officium, acuere & erudire. Geritne hoc in te ille? Finis eſt ſtudii tui literarii primarius, ut in eo diſcas amorem DEI, ac ut eruditione profana expolitus, ſcias non rudium more ſervire DEO, eumq; amare. Faciſne ſatis huic fini? cura in ſcholis, ut perficias intellectum in agnitione dignitatis DEI, ejusq; infinitæ Bonitatis; quatenus ad ferventiorem in dies amorem ipſius exciteris.

Perficere nos debemus in amore DEI.

7. Quartum eſt amoris DEI opus: *facere audaces contra adverſa & fortes. mundo, & dæmonibus invincibiles.* Quæ ſit fortitudo tua contra adverſa, advertere poteras in conſideratione præcedenti; quæ autem

Amor DEI faciat fortes contra mundum & Satanam.

ſit contra mundum, & dæmones? nunc adverte. Si DEUS te vocavit ad ſtatum Religioſum. mundus verò te ab eo avocat, ſuis vanis illiciis, ſciſne huic fortiter reſiſtere? ſi autem ad Religionem non vocaris, ſtudesne, nè mundus ſibi te mancipet, ita ut neglectô DEO, & curâ æternorum, totus curis illius inanibus cedas? Tum, quæ ſit fortitudo tua contra dæmones? reflecte te. Ah! utinam vel levi tentatione ab illis pulſatus, non cadas! utinam ad quoſvis illorum nefarios inſtinctus; promptum te non exhibeas! Diſce tunc animæ tuæ hoſtem, à te ſtrenuè repellere perſpectasq; habere illius artes doloſas contra te, quod

mūdiq; tentationes.

ut feliciùs & faciliùs præſtes, confeſſario tuo, omnes, vel minimas tentationes tuas manifeſta, hoc vel maximè horret dæmon, & hôc abigi celeriter poteſt: dum enim videt tentatum à ſe, pro conſilio & ſubſidio ad arbitrum conſcientiæ recurrere, non audet illum aggredi, cùm ſciat arma contra ſe illi ſubminiſtranda.

8. Tandem amor DEI debet eſſe *obliviosus eorum quæ retrò ſunt.* Nempe, non debet cogitare is, qui ſincerè amat DEUM de illis quæ pro DEO egit, vel paſſus eſt, ſed reputet ſe nihil egiſſe adhuc pro illo, ac toleraſſe, ac ad agenda pro eo, quàm plurima, ſuſtinendaq; multa fortiter, ſe animare

mare. Facilis tibi hæc oblivio, in tua immatura ætate: modica enim pro DEO in illa facis & pateris. Aſſume itaq; vires animi; cum incremento virium corporis, ad actiones pro DEO & paſſiones generoſas & fortes. Vide quanta fideles ſervi in obſequiis ſuorum dominorum, ferunt, & agunt, Ergo ne tu, qui te ſupremi Domini tui ſervum profiteris, in illius obſequio nullus vel ſegnis eris? Exclama corde: *Ah! volo Domine mi, volo quàm perfectiſſimè tibi ſervire; nolo inter deſides ac vulgares tuos ſervos recenſeri. Tu me adjuva. & in numerum Sanctorum tuorum ſervorum tibi ferventer ſervientium me admitte.*

CON-

CONSIDERATIO VIII.

De amore Sanctiſſimæ Virginis Dei Matris.

Sanctiſſima Virgo ſuper omnes puras creaturas amanda quia ita à DEO amatur.

I. DE Beatiſſima Virgine ait Golfridus Abbas. *Dilexit eam DEUS, ſuper beatam Societatem Apoſtolorum, Super Angelos & Archangelos, Super omnes Virtutes & Poteſtates Cælorum.* Suarez quoq; docet; quia *DEUS plus amat Solam Beatam Virginem, quàm reliquos Sanctos omnes.* Hinc infer, quod ſi DEUS, ſuper omnes puras creaturas amat Smam Matrem, ergo & à te debet ita amari, ut nihil magìs ſupra illā ames, niſi DEUM, & Filium ejus. Non poteſt utiq; DEUS errare in amore, debemusq; pro regula qua-

dam

dam habere ipſius amorem, ut id tantū amemus quod ipſe ipſe amat; Et id maxme quod ipſe maximè amat nā neceſſe eſt, ut id quod ille ita amat, ſuperet alia in dignitate ad amandum. Ama ergo Beatiſſimā amore DEI, amando illam primò poſt DEUM & Filium ſuum, Gratulare ipſi quòd ad tam ſublime faſtigium excellentiæ ſit evecta. Gaude, & exulta de hac ejus eminentia.

MARIA amanda; quia Mater miſericordiæ eſt;

2. S. Bernardus de S Sma Virgine ſic differit. *Sinum miſericordiæ ſuæ MARIA aperit, ut deplenitudine ejus accipiant univerſi:* Hinc conſidera amari à te deberi pretioſiſſimam Parentem, quia Mater miſericordiarum eſt, & nemini denegat confugienti ad ſe miſerationem, ſed

copio.

copioſiſſimè elargitur. Refle-
cte te ad magnas ejus mi-
ſericordias univerſales erga
genus humanum, & ad par-
ticulares erga tot homines,
uti noſſe potes ex auditis,
vel lectis hiſtoriis. Tum
vide, quantam tu bonitatem
hujus puriſſimæ Virginis
expertus ſis, & experiris.
Hæc Mater fovit te in tua
infantia, & pueritia, hæc
adoleſcentiam tuam non per-
mittit coinquinari. Hæc
tibi vocationem ad Religio-
ſum ſtatum; ſi illam habes,
impetravit. Hæc te ad illum
promovet, Hæc te à peccatis
ſuô patrociniô præſervavit,
vel ex illis eripuit. Hæc te
in tentationibus defendit,
Hæc ſcandala, pravosq; ſoci-
os, qui te poſſent corrum
pere

pere, avertit, vel te ab illis
avellit; hæc horrorem peccati
mortalis tibi incutit; Hæc
in profectu literario te ju-
vat, &c. Quidquid habuiſti,
habes, & habebis gratiæ
DEI, & donorum, per ipſam
illa omnia obtinuiſti, obti-
nes, & obtinebis. Quidquid
recipis inſpirationũ Divinarũ,
per ipſam recipis. Et nunquam
hæc Mater claudet tibi mi-
ſericordiæ ſuæ ſinum, dum-
modò ad eam cum fiducia
recurras. Exclama corde. *O
Mater Domini mei! o Ma-
ter miſericordiæ! o Mater
mea! Non audeo Te quidem
appellare Matrem meam; atta-
men es mihi Mater; nam
quæ DEI, eadem & Mater
mea es, à JESU in Cruce
Moriente, cum omnia ſua
daret,*

daret, mihi in Matrem relicta. O Virgo! ne quæſo ob miſerias meas excludas me à poſſeſſione Maternæ protectionis tuæ, nam merita dilecti Filii tui ſupremæ ejus voluntati Sociata id evincunt. Appellabo Te Matrem, & me quantumvis indignum pro filiò tuo agnitum iri confido. Eja ergo monſtra te illam, quæ mihi indubitate es, monſtra Te eſſe Matrem; Et ſi hæ voces à me prolatæ, Tibi auditu ſunt graves; saltem audi illas ex Filio tuo Domino meo, qui inter acerbiſſimos dolores ſuos, ſui oblitus, tibi me in filium conſignavit, ſuavibûs hiſce verbîs: Ecce filius tuus. Ecce filium tuum o Magna Domina! ecce me ad pedes tuos proſtra-

tum. Ne

tum. Ne indigneris tanti Nominis honore me potiri: nam primogenitus ille Tuus in pauperrimo tugurio amore mei extenuatus, mei causâ, in officina lignaria à te educatus, propter me in ligno Crucis ſub oculis tuis mortuus. hunc mihi honorem promeruit. Utinam aliquando eâ mentis demiſſione, & reverentia, qualem ego deſidero. illum ab omnibus adorari teq; agnoſci Magnam Matrem cerneres! Interim indulge hanc mihi gratiam, ut vitam meam inſtituam, ſicut decet filium tuum: largire, ut dignitatem meam cognoſcam & debito, quô obſtrictus ſum, reſpondeam; & ſuper omnia mala; à peccato, quod ſolum tua adoptione & amore me

L indi

indignum reddit, animitus ab horream.

Et quia Domina noſtra optima eſt.

3. S. Bernardinus Tomo 1mo Conc: de Pretioſiſſima Matre inquit. *Tot creaturæ Serviunt glorioſæ Virgini MARIÆ, quot ſerviunt Trinitati: DEO ſcilicet ita volente & imperante.* Unde infer: quod Sma Virgo, ſit non tantùm Mater, ſed & Domina noſtra, adeóq; & tua, prima poſt Deum & Filium ejus, ſuumq;. Ergo te in ſervum ejus accenſe, ac ut inter Sanctos ejus Servos computari poſſis, cura. Elegiſti illam in Dominam tuam Spontaneè, præterquam quòd te DEUS illius ſervitio ſubjecerit, elegiſti inquam, dum Sodalis congregationis ejus factus, uti enim

enim dixiſti, dum ad rorpus congregationis admittereris: *Te hodie in Dominam eligo;* vide, ut huic titulo, obſequiis ſpecialibûs, & ſemper correſpondeas, & non tantùm ſervum te MARIÆ profiteaaris peculiarem, ſed & ſis, nimirum ut nihil agas, vel dicas unquam, quod dedeceret Sodalem ſervum MARIÆ, & ut huic Dominæ tuæ obſequia ferventiſſima præſtes. Ad pedes Smæ hujus tuæ Dominæ proſtratus, ſic eam compella *Regina mundi! cui tanquam Filiæ, MatriSponsæq; altiſſimi; ius Summum competit in omnes creaturas; adeóq; in me. Ego millenîs Nominibûs tuus ſum, ſed etſi ſummo jure, in quo omnium es Domina,* me

me tuum eſſe ſcio. Hoc tamen mihi haud Sufficit, nomine magis ſpeciali: tui in meam Dominam ac Reginam electione, tuus eſſe deſidero. Ecce ego ad pedes tuæ majeſtatîs prociduus, eligo te in Dominam meam, & hac mei Oblatione intendo dominium tuum, quod habes in omnes creaturas, duplicare; volo ut ex hoc momento me poſſideas, novô quodam titulo à te dependere. Te Divinæ providentiæ circa me decernentis executricem volo. Diſpone deinceps, o Domina mea! vitæ meæ ſeriem ad tuum beneplacitum, & vitæ meæ ſtatum mihi indica, in quo me vis manere, ut ſilio tuo & tibi in eo ſerviam, ad Salutem meam, per te

promerendam

promerendam. Adverſa proſperis, in ulteriori ætate mea, proſpera adverſis, ut tibi placuerit, intexe. Quidquid, evenerit, etſi inſuave fuerit, minus tamen acerbum erit, quia ex voluntate ſummè amabilis Dominæ mihi obveniet. Unum Sufficiet deſiderio cordis mei, ſi poſt fallaces horum temporum viciſſitudines, te patrocinante, beata æternitas mihi obveniat, quâ te cognoſcam, te diligam, tibi de gloria tua gratuler, quâ DEUS optimus in ſecula nunquam finienda te Cæli terræq; Reginam illuſtravit.

4 Audi S: Anſelmum apud S: Antonium, *Sicut impoſſibile eſt, ut illi, à quibus MARIA oculos ſuæ miſericordiæ avertit, ſalventur;* *Et quia eſt Mater Salutis noſtræ.*

ita

ita neceſſarium, quod hi, ad quos convertit oculos ſuos, pro eis advocans, iuſtificentur & glorificentur. Audi quoq; S. Bonaventuram, Sāctiſſimam DEI Matrem compellantem. *Sicut o Beatiſſima! omnis a te averſus, & à te deſpectus, neceſſe eſt, ut intereat, ita omnis ad te converſus, & à te reſpectus, impoſſibile, eſt ut pereat.* Hinc habes, quòd ſalus tua ſit in manibus pretioſſimæ Matris depoſita. Si ad eam te convertis, ab eaq; reſpiceris, vitam æternam te obtenturum confide; ſi ipſam negligis, damnationem perennem timè. Sicut nemo in Cœlo eſt ex his, qui in uſu rationis deceſſerunt è vita, qui non fuerit addictus Sanctiſſimæ Virgini.

Virgini, ita nemo eſt, in inferno, qui non receſſerit à cultu ejusdem. Et ideò Hæreſiarchæ, qui à fide Catholica aberrantes, in viam perditionis abeunt, ſecumq; trahunt ſuos perverſos diſcipulos, derogant paſſim honori MARIANO, à cultu ejusdē avertunt ſuorum errorum ſequaces. Illi autem Catholici, quos æterna depaſcuntur incendia, certè vel nullo ardebant amore erga Beatiſſimam Parentem; vel in eo refrixerant. Hicq; eſt præcipuus aſtus diaboli, ut homines ad interitum ſecum compellat; quia illos in devotione ad MARIAM Virginem vel nullos, vel ſegnes vult reddere. Proinde tu metire ſecuritatem ſalutis tuæ, ex

æ, ex amore Beatiſſimæ, quã-tus in te ſit ille? Curaq́. ne ſis deſertus à DEO, Matrem ejus non deſere, & affe-ctum erga eandem non mi-nue unquam, ſemper auge, ut creſcat ſpes tua, & fiducia in Divina erga te miſeri-cordia. Supplica in Cruce Chriſto morienti cum lacry-mis; ut ſicut te in filium ſuæ Matri Sanctiſſimæ tradidit moriens; ex gratia ſua, ita ex eadem, in filiali recurſu ad illam, te confirmet, mo-dosq́; eam colendi te edoce-at. Tum procidens ad pe-des Pretioſiſſimæ Parentis, ſic eam alloquere: *O Mater! o Domina mea! & quomodo colere & amare te non debeo! qui nec bene vivere, nec feli-citer mori poſſum ſine te, nec*

vitam æternam absq; te poſſi-dere, ſiquidem omnia nos vo-luit habere Filius tuus per te. Amo te itaq; & amabo, moriq; in amore JESU & tui volo. Tunc potiſſimùm dum moriar experiar quod non gratis a-maverim te, quando exeun-tem è corpore animam meam à gehenna liberabis, depoſito per tuam interceſſionem ex il-lo gravi onere peccatorũ, quod me ad infernum deprimebat. Non permittes me dæmonum manibus, ſed tanquam tuum clientem vindicabis Tibi. Tu nullum ad Te confugientem derelinquis vel negligis: con-fugio ego & confugere totâ vitâ volo, ad tuum patrocini-um, maximè autem in morte, quod ſummè tunc mihi erit neceſſarium, ergo me non re-

ſpues dum vivam, nec repu[...] diabis dum moriar, imò tun[...] maximè miſericordiæ Ma[...] ternæ pandes mihi viſcera[...] Sed timeo, ne vehementia mor[...] bi uſum mihi rationis eripi[...] at, quatenus in morte, non poſſim recurrere ad Te ô Ma[...] ter mea! vel ne violentum & ſubitaneum fatum, ad Te re[...] fugium impediat. Peto à te per vulnera tua Sanctiſſima, & ſanguinem tuum pretioſiſſimum Fili DEI & MARIÆ, JESU Chriſte crucifixe, non permitte talem mortem, in qua nequeam recurrere ad Matrem tuam, & per Eam ad Tuam miſericordiam infinitam. Sed ſi id non impetrabo, eò quod tibi placuerit, me ſine uſu rationis è vita decedere, vel ſubitaneô fatô.

Fiat

Fiat voluntas tua Sanctiſſima. Sed tamen apud tuam clementiam impetrem, gemens expoſco, ut vel ante amiſſionem uſûs rationis per vim morbi, invocem MARIAM, ejusq; patrocinio me commendem, vel ante ſubitaneum fatum, ſub illius protectione me ponam, ita, ut in ea illud me inveniat.

Modi cultûs Beatiſſimæ dicendo Ave MARIA quotidie

5. Audi Beatiſſimam Virginē de ſe dicentem Prov: 8. v: 34. *Beati qui vigilant ad fores meas quotidie, & obſervant ad poſtes oſtii mei.* Et conſidera, quòd ut beatus reddaris, per miſerationem Sanctiſſimæ Matris, per eam recipiendo gratias, cum ultima gratia in morte, quæ te beatitudini æternæ inferat, debeas quotidie vigilare ad

re ad cultum & amorem i-
lius, & obſervare ad poſt
patrocinii illius. Proinde
perpende, quid te agere con-
veniat in honorem Parentis
clementiſſimæ, ut ad illud
admittaris. Primò itaq; quo-
tidie ſalutationem Angelicam
identidem devotè recita.
Tempus autem huius reci-
tationis ſit matutinum dum
ſurgis, & veſpertinum dum
is cubitum, modò quem pro-
pono, in Doctrina 3. nume-
ro 3. Aliud tempus eſt, dum
audis ſonum horæ in horo-
logio, quodſi extra Scho-
las, extra civitatem, quæ ha-
bet publicum horologium,
verſaberis, interdum per
diem, dic Ave MARIA. 3ti-
um tempus eſt ſalutationis
Angelicæ, dum pulſatur pro
precibus,

precibus( )*ut vulgo di-
citur*) Patet ex hiſto-
riis, quantæ id efficaciæ ad
patrocinium Beatiſſimæ obti-
nendũ Habes unã in doctrina
illa, alteram tibi hic adduco.
*P: Joannes Euſebius Nie-
renbergius, in Vita S: Pa-
tris Ignatii, meminit cuius-
dam in Hiſpania hominis,
qui in omni flagitiorum ge-
nere criminumq; præter hære-
ſim ad ſeram usq; ætatem vo-
lutatus ita, ut id etiam ſtu-
dioſè videretur agere, quod
illi quàm maximè crederet
diſplicere. Illi ergo in eo
verſanti ſtatu, nocte quadam
dum æger decumberet, & fu-
geret eum ſomnus, adfuit
Cœli Regina, ſed mox cum
oculos tantùm admirabili ple-
nos modeſtiâ, benignitate &
miſeri*

miſericordia, in jacentem c
jeciſſet, evanuit. Non fu
fruſtra tam benignus Matr
DEI aſpectus, ſiquidem ſu
eodem tempore, homo iſte t
tum præteritæ vitæ ration
ita claré diſtinctéq; perſpext
ut ex peccatis, & numero
gravitate pené in initis, nul
lum non mentis oculis per
ſtringens; ingentem & anim
dolorem, & oculis profluvi
cieret lacrymarum. Et u
ob tantam vitæ turpitudin
confuſione oppleretur incre
dibili, non ideo tamen deſpo
debat animô, ſed ſi valetud
& intempeſta nox non im
pediret, proſiliiſſet, & curri
culo ad ſacerdotem advolaſ
ſet, peccata omnia in aure
ejus ac ſinum depoſiturus
Nec fuit orto die ulla mora

ſacer

ſacerdotem é Societate IESU accerſendum rogat inſtantiſſimé, & commodus mittitur R: P: Euſebius Nerembergius, qui hæc ſcribit, cui ille totam vitam tanta evolvit exactitudine, diſtinctione, & claritate, quantam nemo Theologorum poſt multorum annorum diſcuſſionem afferre potuiſſet. Tenuit hæc boni viri pia peccatorum tot & tantorum accuſatio, tres omnino & amplius horas, & abſolutionis beneficium accepit à Sacerdote mirante pœnitentis ſui, & tam inſolens, in cognoſcendis diſtinguendiſq; peccatis lumen, & tantum in deteſtandis iiſdem, cũ veri doloris ſignificatione ſtudium. Hîs ita feliciter peractîs, addidit verus pœ-

nitens

nitens votum, ſi DEUS vit[illegible] prorogaret, eam DEO in ſtat[illegible] aliquo Religioſo conſecrandi; ſed tamen meliꝰ illi ſecurius[illegible] fore de incerta hac & inſtabili, ad certam & æternam melioris vitæ tranſire ſtationem; quod ut ſibi à DEO cōcederetur, Patrem illum vehementiſſimè rogavit; & verò impetravit, ſiquidem intra dies quinq; ad vitæ met[illegible] pervenit, ſacramentîs prob[illegible] munitus, breve quod ſupererat ſpatium continuâ quad[illegible] virtutum exercitatione, & veræ pietatis ſenſu exegi[illegible] tantô, qui etiam adſtantium cieret lacrymas. Petiit ſubinde ab eo Pater num qu[illegible] aliquando in vita DEI Matrem pietate coluiſſet? non aliâ reſpondit, quam quod ſe-

mel

mel, quotidie Salutationem Angelicam in honorem illius recitaſſet. Tum & ille Patrem rogavit, ut tam ſingularis DEI Matris in ſe beneficii, præco apud omnes eſſe vellet, facta poteſtate, omnia quæ ab ſe audiiſſet, ad DEI Virginisq; DEIparæ gloriam evulgandi. Ita proficua eſt, & maximis peccatoribus ad ſalutem, quotidiana conſtās ſalutationis Angelicæ recitatio. Ne tamen quiſpiam ob ſpem veniæ per pátrocinium Beatiſſimæ in morte obtinendæ, agendæq; pro-tunc pænitentiæ, in delicta ſe præcipitet, & laxet habenas ſceleri, eò quòd recitet quotidie Salutationem Angelicam; nam ipſi Sanctiſſima Mater non patrocinabi-

M tur

tur in morte taliter procedenti. Reſpuit enim illa ſui cultum, qui reddatur à perverſa intentione ad fomẽtum nequitiarum. Mater quidem eſt peccatorum, ſed eorum duntaxat qui ad eam recurrunt, ut reſipiſcant; nequaquam autem eorum, qui præſumunt de ſalute, ob aliquam ad illam devotionẽ, & idcirco liberius delinquunt.

Salve Regina quotidie recitando.

2da quotidiana devotio ſit ad Pretioſiſſimam Parentem per recitationem antiphonæ *Salve Regina &c:* Quàm grata ſit DEO & Beatiſſimæ hæc recitatio, & quàm utilis nobis, patet ex revelatione facta S: Gertrudi de Saxonia (uti legitur lib: 4. rev: c: 53.) *dum quondam*

hæc

hæc Sancta veſpertinis completorii precibus adeſſet, cũ Salve Regina *cantaretur, ſẽſit ſe ad illa verba:* Eja ergo advocata noſtra. *duplicato fervore opem Beatiſſimæ Virginis, tanquàm potentiſſimæ advocatæ implorare, ſimulq; videre ſibì viſa eſt eandem Beatam Virginem ſuam, quadam orationis violẽtiâ non ſecus ac fortiſſimîs ad ſe trahi funibûs; quô viſo ſanè oſtendebat quàm efficaciter ſub hoc ipſo advocatæ nomine, ad ferendam hominibus opem moveretur. Cùm ulteriùs ad hæc verba:* illos tuos miſericordes oculos ad nos converte, *chorus perveniſſet, tunc eandem ſæ Sanctiſſimam MATREM vidiſſe ajebat, quæ benedicti*

filii

filii ſui caput ac faciem, deorſum leniter inclinans dixerit. Ecce hi ſunt miſericordes oculi, quos ad eos, qui opem meam poſtulant, convertere ſoleo. *Sub hæc, tandem ipſum Chriſtum juſſiſſe, ut quotidie hac oratione ſaltem ſemel uteretur, futura illi olim in mortis hora, ut certum, ita non vulgare ſolatium ac levamen.* Non ſolùm autem recitatio *Salve Regina*, juvat ad ſalutem æternam, ſed & vitæ temporalis, in hujus periculo, eſt præſidium. *Refert Cæſarius 7. mirac: c: 30 de Sacerdote quodam, à vitæ Sanctitate, bene ſibi noto, qui cum exorta gravi tempeſtate audiret mugire tonitrua, territusq; ad vicinum templum*

confu-

confugiſſet, & ante DEI *Matris aram ſeriò & ardenter, ſe à fulmine ſeruari depoſceret, apparuiſſe illi Sanctiſſimam Virginem & juſſiſſe, ut quotiescunq; fulgura & tonitrua exiſterent, toties* Salve Regina *oraret; ac nihil; hac munitus prece ſibi deinceps ab illis pertimeſceret.*

Et formula Congregationis.

3tiò. Dicatur quotidie à Sodali MARIANO formula Congregationis. Fructum hujus devotionis experietur quivis ſingularem; nam Beatiſſima in Sodales ſuos peculiariter eſt benevola, maximè autem in eos, qui poſtquam in corpus Sodalitatis admiſſi, ſe illius cultui & amori ſpeciali conſecrarunt, hanc ſui oblationem confirmant & renovat quotidie.

 4tò

4to Expedit etiam dolorum Sanctiſſimæ Matris quotidie meminiſſe, vel ſepties *Ave MARIA* recitando quotidie, in memoriam ſeptem dolorum, vel ſepties dicendo *Gloria Patri &c*: in gratiarum actionem Sanctiſſimæ Trinitati; quod compati Filio ſuo ſalutem noſtram operanti, Matrem ejus voluerit, pro nobis. Vel dicendo orationem, quæ dici ſolet pro feſto ejus dolorum, ac in officio de iisdem. Orationem hanc ſubjungo, ne alibi quæri debeat. *DEUS in cujus Paſſione ſecundum Simeonis prophetiam, dulciſſimam Animam, glorioſæ Virginis & Matris MARIÆ, doloris gladius pertranſivit; concede propitius, ut transfixionem*

nem ejus & paſſionem venerando recolimus, omnium Sãctorum Cruci tuæ fideliter adſtantium, meritis & precibûs intercedentibus, paſſionis tuæ felicem effectum cõſequamur; qui vivis & regnas cum DEO Patre &c:

Præter has quotidianas ad Beatiſſimam devotiones, ſint aliæ interdum uſurpandæ. Imò itaq; corona ejus ſex decadibûs conſtans, dicatur frequenter. Quanquam cõveniens eſſet, ut dicatur quotidie. Adeſſe ſolent in Polonia noſtra Studioſi Scholarum noſtrarum primo ſacro quotidie ex devotione, tum & aliud, egreſſi ex Palæſtris ſuis, audiunt ex obligatione; ergo revera tempus illis ſuppetit ad Coronã

Corona Beatiſſimæ dicenda.

Beatiſſimæ quotidie recitan
dam. Modum verò huju
coronæ recitandæ fructuo
ſum, habent Sodales MARI
ANI præſcriptum per ad
ditionem brevis memoriæ
myſteriorum, ad illa verba
*Et benedictus fructus ventris
tui IESUS Christus.* Sum
mè acceptum hunc eſſe ſui
cultum, per coronæ recita-
tionem, & apud DEUM, &
apud ſe, declaratum Aloyſio
Albanenſi ex ordine mino-
rum Novitio, prout legitur
in Chron: Min: p: 3. l. 1.
c: 36. Hic à Gabriele An-
conitani monaſterii *Guar-
diano, ſingulis diebus coro-
nam, antequàm ederet ali-
quid, recitare juſſus, cùm a-
liquando aliis occupatus, pē-
ſi ſui immemor ad menſam*

veniſ-

*veniſſet, à Superiore interro-
gatus, & de oblivione incre-
patus, ad Templum, ut debi-
tum exſolveret miſſus eſt.
Ibi bonus ille, flexîs ante
aram maximum genibûs, co-
ronam ſuam perſolvere inſti-
tuit; quod dum facit, viſus
eſt tam ab iis, quos ſuperior
obſervatum miſerat, tum ab
ipſomet Superiore, qui ad
rei miraculum commonitus,
accurrerat; viſus eſt inquam
Angelus, orantis capiti ſu-
pernè imminens, qui filô au-
reo roſas liliaq;, quæ de iſti-
us ore fluebant, ita inſerebat,
ut poſt ſingulas roſarum de-
cades, ſingula lilia ſuccede-
rent, quæ deinde omnibus
in corollæ modum innexa,
adoleſcentis capiti impoſuit,
& avolavit. Et ne hujus va-*

nam

nam hîc aliquam phantaſ
illuſionem interveniſſe cred
ret, mirus & perquam ſu
vis, ac benè diuturnus affl
tus eſt ex eodem, ubi i
oraverat loco, roſarum ac l
liorum odor; ipſeq; adeò nov
tius, multîs deinceps à D
IPARA favoribûs cumul
tus, ad mortem usq; in cep
pietate perſeveravit.

2dò non rarò dicendu
Officium de Immaculata C
ceptione Beatiſſimæ Virgini
Sed & hoc ab ejus exact
cultore, quotidie facilè di
poteſt.

Et officium de Jmmaculata Conceptione.

3tiò Jmagines Sanctiſ
mæ Matris colendæ. Et id
o S: Carolus Boromæus Ca
dinalis & Archiepiſcop
Mediolanenſis, præterquam
quòd ſeriò imperaſſet (u
refert

Jmagines Beatiſſimæ Colendæ.

efert Tauſch in Matre dolo-
oſa) ut in ingreſſu cujusq;
Templi Parochiani proſtaret
Deiparæ imago, omnes in-
uper ſuæ ditionis inquili-
os hortabatur, ne ommitte-
ent harum Iconum aliquam
ecum circumferre, certi de
i, quâ illæ adversùs ma-
as dæmonis machinationes
ollerent. De S: autem
Thereſſia ſcribit Ribera l: 3.
Vitæ. c: 1. *quòd, dum hæc*
Diva monaſterii Incarnatio-
is Avilæ creata eſſet Anti-
tes, in ipſo obeundi muneris
ingreſſu nil priùs habuit,
quàm ut ſe, & cænobium to-
tum Beatæ Virgini devoveret:
in quem finem Imaginem e-
jus in Cathedra priorali col-
locavit, eiq; Monaſterii cla-
ves, unà cum regimine, tan-
quam

quam ſuperiori, cujus ip
eſſet vicaria, obtulit. Qu
ſibi gratum fuiſſe, Pientiſ
ma Virgo oſtendit, dum pr
die S: Sebeſtiani, viſibili ſp
cie, in locum imaginis ſu
ſubſtituta, ſe domûs illi
gubernacula non illibent
ſuſcipere demonſtravit.
Patres Matresq; familias
quantô bonô domus veſtr
ſub talis virginis Antiſtit
imperio regerentur! Tu v
rò bone adoleſcens, ſuſpen
ante lectum tuum Imagi
Beatiſſimæ, conclavis tui g
bernium Sanctiſſimæ Pare
ti committe.

Eleemoſina in honorem Beatiſſimæ danda. Et mortificationes aliquæ faciendæ.

4tò Convenientiſſimum e
eleemoſinam interdum i
honorem Beatiſſimæ elargi
præſertim die Sabbathi, &
hâc aliquam mortificatione

ſubire

ſubire. Si non potes jeju-
nare, vel tibi non permit-
titur, potes certè hac die
in æſtate vel in autumno, à
fructibus abſtinere, ſi non
potes diſciplinam facere, vel
cilicium, aut catenulam
geſtare, potes aliqua alia
minori mortificatione corpus
tuum modicè affligere.
Eadem præſtanda in pervi-
giliis feſtorum Beatiſſimæ,
in his autem Confeſſio &
Communio nunquam omit-
tatur.

Cultus Beatiſſimæ in aliis promovendus.

5tò Cultum SSmæ Matris
etiam in aliis promovere
ſtude, excitando alios ad
devotionem erga illam, ad
Coronam, & officium de illa
tecum recitandum &c. Jn
vitando ad deſcenſum in
Congregationem tempeſti-

vum

vum, ad inviſendam illa
in ſua Jmagine miraculoſ
vel gratioſa, refugiumq; a
illam in neceſſitatibus an
mæ & corporis, comme
dando tuis condiſcipulis
poſtmodùm verò ſervis, ſu
ditisq; tuis &c. Si qui
indecoris agi, vel dici a
vertis ab aliquo, mone am
cè quòd talia non decea
Sodalem MARIANUM&c.

Conclude conſideratione
hanc, recitatione formul
Congregationis per 3tiu
modum orandi, prout eu
vocat S. Pater noſter Jgna
us, nempe cum devotis a
ſingulos ſenſus reflexion
bus, illam dicas. Praxi
tibi taliter recitandæ formu
propono.

Formula Congregation

Sodaliū

Sodalium Beatiſſimæ Virginis explanata.

Explanatio Formulæ Congregationis.

Sancta MARIA Mater DEI & Virgo. Hoc punctum ſingulariſſimam prærogativam Beatiſſimæ continet, quia ſcilicet, & Mater eſt, & Virgo, Materq; non filii qui ſit purus homo, ſed Mater DEI. Gratulare Pretioſiſſimæ Parenti tantum privilegium & honorem, qui illam exaltavit ſupra omnes Angelos & Archangelos, & ſupra omnem purum creaturam, *Quid grandius Virgine MARIA?* (exclamat S. Petrus Dam:) *quæ magnitudinem ſummæ divinitatis intra ſui ventris clauſit arcanum. Attende Seraphin, & videbis, quidquid majus eſt, minus eſſe Virgine,*

ſolum

ſolum opificem opus iſtud ſupergredi. Et S: Arnoldus de Pretioſiſſima Parente ait: *Majorem mundum poteſt facere DEUS, majus Cælum; majorem Matrem, quàm Matrem DEI non poteſt facere DEUS.* Gratulare Pretioſiſſimæ Parenti dignitatem hanc, & privilegium ſpecialiſſimum. Gaude ſummè, illam ita evectam eſſe. Quia verò illam amat DEUS ſuper omnes puras creaturas; ſuper illas ipſam exaltando: tu quoq; ama illam ſuper alia omnia creata.

Te hodie in Dominam Patronam & Advocatam eligo. Hic imprimis in Dominam tuam eligis Sanctiſſimam Parentem. Eſt quidem absq; tua electione Domina tua; cùm,

cùm ſit Domina univerſi, ac Cœli terræq; Regina; ſed quia ſpeciale dominium in te Illi concedis, dum in clientem, ſervumq; ſingularem te Illi conſecras, non tantùm, ad communia obſequia Illi præſtanda, ſed & ad ſingularia te Illi obligas. Hæc ergo propone. Eligis 2dò illam in Patronam & Advocatam tuam. Hinc debes ad illam in omnibus indigentiis tuis recurrere, ut ipſa tibi patrocinetur; maximè autem debes illi conſervationē innocentiæ tuæ commendare, ac immunitatem à labe peccati mortalis usq; ad mortem, Si autem ad Religioſum ſtatum vocaris à DEO, vocationem hanc tuam, quā per illius patrocinium ob-

tinuiſti. Eidem committe, ut tibi impetret conſtantiam in hoc tuo Sancto propoſito, ac ut te adjuvet, quatenus illud ſine dilatione poſſis exequi, ac in Religione vivere debitè, in eaq; feliciter mori.

Et promitto me nunquam Te derelicturum. Hic promittis quia nunquàm recedes à cultu & amore Sanctiſſimæ Parentis. Obfirma ergo animum in hoc promiſſo, ac à DEO gratiam pete, ut nunquam in illo deficias.

Neq; contra tuum honorem aliquid unquam dicturum; aut facturum. Hic proteſtare coram DEO, & ejus Beatiſſima Matre, quòd malis millies, ut tibi lingua arefcat,

reſcat, vel excidat, quàm ut aliquando ſolvatur ad minuendum honorem Virginis intemeratæ; & quòd malis mori etiam per tormenta graviſſima, quàm quidpiam proferre, vel agere in dishonorem Pretioſiſſimæ Matris vergens; junge hanc reſolutionem tuam cum heroicis reſolutionibus Sanctorum Martyrum eorum, qui pro tuendo honore Beatiſſimæ ſanguinem fuderunt, nõ dubitaruntq; vitam ſibi per crudelitatem eripi debere ſatiùs, quàm dignitati Matris Virginis & cultui debito derogare: ac concipe deſiderium, ut & tu ſis Martyr MARIANUS.

Nequè permiſſurum, ut à meis Subditis aliquid contra tuum

tuum honorem unquam agatur. Promittis quia ſubditos tibi, ad dishonorem Beatiſſimæ, ſive exemplô, ſive verbîs non adduces, neq; permittes ut iidem ſubditi tui dishonorent Sanctiſſimā Parentem. Per ſubditos autem intellige, non ruſticos ſolùm tuo dominio ſubjectos, aut ſubiiciendos, ſed etiam quoſvis alios, qui tuæ jurisdictioni ſubdentur. Tales ſunt ſervi, & famuli apud ſuos heros, quibus obſequuntur, ac tibi nunc aliqui obſequia præſtantes; & præſtituri; tales quoq; domeſtici apud patresfamilias conſors, liberi, pupilli &c. Si eris in ſtatu ſpirituali ſeculari, habebis ſubditos jurisdictioni tuæ Parochiali

Parochianos omnes tuos. Si prælaturam Eccleſiaſticam conſequeris, cum poteſtate in Clerum, ſubditi erunt tui, ad hanc ſpectantes. Dum aütem in Religione vitam duces, ſubditi tui fient fratres Religioſi, ſi qui tuæ obedientiæ ſubjicientur, vel ſeculares, ac etiam Religioſi alii, qui officio tibi à ſuperioribus injungendo ſubjacebunt.

Obſecro Te igitur, Suſcipe me in Servum perpetuum. Agnoſce indignitatem tuam, quæ te Servitii MARIANI incapacem reddit: nihilominùs in clementiſſimæ Dominæ miſericordia confide, quia te licèt indigniſſimum hominem non repudiabit à ſuis obſequiis; pete ab illa,

ut tibi impetret gratiam, ne unquam à ſervitio ipſius ſingulari recedas, ſed in eo usq́ ad mortem conſerveris, totâ vita illi ſerviendo fideliter & conſtanter, modîs ſupra poſitis.

Et adſis mihi in omnibus actionibus meis. Poſtula hîc à Beatiſſima Matre, ut tibi ſua ope adeſſe dignetur in omnibus quæcunq́; agis, & ages, quatenus ſucceſſum in his habeas ad majorem DEI gloriam, ſcilicet nunc in ſtudio literarum, poſtmodùm verò in negotiis, muniis, functionibus, juxta tuum ſtatum, quem amplecteris, ſuſcipiendis, & abſolvendis. Tum etiam pete, ut te juvare dignetur in virtutibus ſtatui tuo præ-

ſenti

ſenti & futuro debitis, exercendis.

Nec me deſeras in hora mortis meæ Amen. Pete ferventiſſimè hîc, ut tibi Sanctiſſima Parens adeſſe dignetur ſuô Maternô patrociniô in agone tuo, ac ut animam tuam in ſinum ſuum Maternum recipiat, & Filio ſuo ad æternam felicitatem reddat. Potes etiam petere, ne permittat finem vitæ tuæ accelerari, ſi id DEO placet, nempe ne moriaris in immatura ætate, ſed collectîs pluribûs meritîs, pluribûsq́; pro incremento gratiæ DEI, & pro augmento gloriæ tuæ cœleſtis, patratîs, ſi autem videt DEUS te corrumpendum in ulteriori ætate, & in peccata

 gravia

gravia prolapſurum, poſtula, ut vitam tibi abripiat, proteſtando, quòd malis non vivere, quàm aliquando vivere in peccatis.

CONSIDERATIO IX.

De Gloria Cæleſti.

Gloria Caleſtis, felicitas generatim, deſcripta,

I. AUdi Chriſtum in Evangelio diſſerentem: *Homo quidam fecit cænam magnam &c:* Luc: 14. v 16 *Hic homo* (ut ait Cajetanus) *JESUS eſt; fecit cænam magnam æternæ Beatitudinis, & miſit ſervos ſuos, Angelicum nempe miniſterium, ad invitandos homines ad cæleſte convivium, Magna cæna eſt, prout deducit* Barradius Dō:2. Pentec: propter *magnū apparatū propter magnū locum,*

cum,

cum, propter magnos convivas propter magnū numeruū convivarū, propter magna fercula, propter magnā duratione̅: Apparator eſt ipſe optimus maximus DEUS. Eſther 1. Magnum convivium exhibuit Rex ille magnus Aſſuerus qui 127 Provinciis imperabat. Rex verò Regum, qui Cœli terræq; Dominus infinitè potens, ut gloriam, potentiam, liberalitatem, & benevolentiam ſuam erga homines oſtendat, quale nam convivium exhibuit? Punctum eſt terra, ſi cum cœlo conferatur, punctū convivia omnia Regum, ad convium Cœleſte. Convivæ omnes nobiles filii DEI, Angeli & homines; vidi turbam magnam &c: Apoc: 7, v: 9. *Ferculas quid majus? quid*

dulcius

dulcius concipi poteſt DEI viſione? beatifico amore? corporis gloriâ? convictu jucundiſſimo cum IESU & MARIA? Ex his perpende felicitatem in exhauſtam Civium ſupernorum, delicias & gaudia imperceptibilia, ex viſione infinitæ pulchritudinis DEI, & ex amore infinitæ Bonitatis Dignitatisq; illius. O quantum eſt videre illimitatum chaos omnis Sanctitatis; perfectionis & bonitatis imperceptibile pelagus, omnis admirabilitatis nunquam exſatiativum finaliter prodigium! Quantum eſt videre Chriſtum, Pretioſiſſimam Parentem; Sãctos Angelos, & Sanctos omnes, in decore ſuo! Quantùm eſt amare DEUM amore

more beatifico, adeóq; ex ſatiativo ſine admiſtione ullius mali, illóq; frui indeſinenter, ſine metu amiſſionis. Quantùm eſt, omnes ſenſus, inenarrabilibûs ſolatiîs & deliciîs perfrui, & pleniſſimè ſatiari! Exclama cum S: Patre Ignatio. *O quàm ſordet mihi terra! dum Cœlum aſpicio.* Et toto conatu intende ad ingreſſum Regni Cæleſtis.

2. *Beati qui habitant in domo tua Domine*, ait David Pſ: 83. 5. *Domus hæc, inquit* S: Bonaventura. *eſt Cæleſtis Patria. In illa qui habitant, beati.* Et hic clariùs felicitatem Civium supernorum perpende, quam ruditer tantùm in primo puncto conſideraſti. Quod ut præſtes,

ſtes, vide, quid ſit beatitudo? Severinus Boëtius Beatitudinem eſſe dixit *ſtatum bonorum omnium congregatione perfectum*. Magnæ rei, paucîs verbîs deſcriptio, quia tamen ſingula vim & pondus habent immenſum, ſingula accuratiùs expende. Primò dicitur Beatitudo *ſtatus*, ad ſignificandum, quòd ſit ſtabilis, conſtans immutabilis. Qui beatitudinem cōſequitur, verè & propriè ſtatum conſequitur, in hac enim vita non poteſt eſſe ſtatus. Dicuntur quidem ſtatus vitæ præſentis traſigendæ methodi; ac ita dicitur, alius eſſe ſtatus ſpiritualis, alius ſecularis, alius ſtatus Matrimonii, alius cælibatûs, &c: Sed hæ denominationes ſun

Deſcriptio Beatitudinis Cæleſtis explanatur.

Homo ex natura mutationibus obnoxius.

ſunt impropriæ, licèt communiter uſurpentur; nullus enim in hac vita verus poteſt eſſe ſtatus, in quo continuus eſt fluxus & mutatio. Te ipſum primùm contemplare, tuamq; naturam intrinſecùs conſpice; certè advertes, quia ſtatum non habes, nec habebis in terris degens. Conceptus es in utero Matris, natus es infans, factus deinde es puer, tum adoleſcens, fies, ſi ſupervives virum, deniq; ſenex, & ſeniculus: itaq; in nullo ætatis gradu, ſtatum habes, cùm in nullo ſubſiſtas, ſed ab uno ad alium tranſis. Tum adverte ad corpus tuum, quod geris, & videbis, quia in eo nullus eſt ſtatus. Creſcis continuò, dum nutriris, decre-

decreſcis autem & decreſces, dum naturali calore perpetuò aliquid in te abſumetur, & ſic forte, ut ne quidem una pars futura ſit in tuo ſenili corpore, hæc eadem quæ fuit in infantili. Deinde perpende, qualem nactus ſis animum, qui eſt tui pars princeps. Certè & in hac nullum ſtatum habes; modò enim hilaris es, brevî triſtis, jam rides, jam fles, jam iracundus, jam pacatus & affabilis, jam liber, ac pro libitu agens tuo, jam alieni imperii, vel cupiditatis ſervus, ac mancipium; jam amas quempiam vel quodpiam, jam odiô habes, jam conſenſum præbes alicui, jam diſſentiris, nunc appretias aliquid, nunc depretias, mo-

dò

dò hoc vis, poſtmodùm aliud &c: Et qualis eſt iſte ſtatus? Talis eſt, qualis floris & umbræ, proinde optimè Iob comparat hominem cum his, dum ait 14. v, 1. *Homo quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra.* Vides quia flos, egreditur è terra, advertis quia vireſcit, floretq;; tum ſpectas, areſcentem, excidẽtem, & tandem contritum. Sic tu è Materno utero velut è terra egreſſus es; vireſcis nunc in juventute, florebis in virili ætate, areſces in ſenili, excides in morte, & in cinerem redactus contereris. Jtaq; flos es, continuis mutationibus obnoxius. Et jam umbra es, & fugis velut umbra, quæ nullibi

conſi-

conſiſtit. Ubi ſunt dies tui, & anni quos hactenus vixiſti? nullibi, fugerunt velut umbra; & hi quos agis modò, continuò fugiunt, procedis in ætate, ſed præcedens tibi elabitur, velut umbra quæ contineri non poteſt; nec præſens tua ætas ſtabilis eſt, advenit & abſcedit, umbræ inſtar. Quô pactô; itaq; ſtatum ex te ipſo habere potes? Non habes ſanè, adeoq; à te ipſo non habes beatitudinem, quæ eſt *Status*. Sed nec ex aliis, quæ te circumſtant, ſtatum habes. Circumſtat te locus; aſt in hoc modò moveris, modò ſtas, modò cubas. Circumſtabunt te bona fortunæ, opes, divitiæ, honores; ſed & hæc fugacia ſunt. Vi-

diſti utiq; vel audiviſti, aliquos ex divitibus in egeſtatem redactos, ex eminétia in honoribus, depreſſos. Nos quidem puſilli mortales, ſuaviter hic ſomniamus, faſtigia Baronum, Comitum, Marchionum, Principum, Ducum, Regum, Imperatorum. Cogitamus dignitates Patriæ noſtræ, Curulium, Senatorum, Clavarum, Scipionum, Sigillorum, & alias tum Regni, tum Ducatûs magni Litvaniæ, tum Terreſtres; ſed & in his omnia in ancipiti & lubrico ſunt, omnia mutationi ſubjecta, dejiciunt non unum ex illis; adverſi caſus, & quæ ludit in humanis Divina potentia rebus; omneſq; tandem dejiciet mors ipſa, quæ

ſceptra, etiam ligonibus æquat. O quot numeramus in Regno noſtro, & Ducatu Litvaniæ Principes! quot Senatores! quot Duces! quorum vix memoria, in hiſtoriis reſtat, ipſi autem in familiis ſuis exſtincti, perierunt. Ergo & ex his quæ nos circumſtant, ſtatus haberi non poteſt, adeoq; nec beatitudo inveniri in ijsdem.

Bona terreſtria defectũ patiuntur in nobis.

Jam ad alterum, quod eſt in deſcriptione Boëtii; veniamus. Dixit, hic, beatitudinem *Statum* eſſe, ſed non ſolùm, verùm addidit, quod hic *ſtatus ſit bonorum omnium aggregatione perfectus*. Jnvenies ne talem in terris aut in aliquo homine? Nequaquàm, quis enim reperietur,

perietur, qui omnium bonorum aggregationem perfectam poſſideat? nullus ſanè. Habet unus bona corporis, vires, valetudinem, formã, & alia? at deſunt illi animi bona, ingenium; ſolertia, judicii maturitas, tenacitas memoriæ, artes, ſcientiæ, quæ certè in uno nunquã omnes reperiuntur: at de erit virtus, quæ præcipuum eſt animi decus, ac ornamentum: & ut adſit hæc, at deerunt fortunæ bona, cum hæc perſæpe benevola nolit eſſe iis, quibus natura favet, Verè quidquid habetur in hoc mundo, eſt magìs defectibus & indigentiis immiſtũ, pulcherrimo pomo ſimile, cujus medium vermiculus corroſit. Sed finge

aliquem, cui nihil bonorum deeſſe videatur, finge inquam, nam verè talem cogitare nequis; nullum enim ita fortunatum reperies, qui dicat; jam omnia habeo, nihil plus deſidero. Etſi autem talem finges, non habebit hic adhuc congregationem omnium bonorum, quia capax erit plurium, ſupra hœc, quæ in eo finges. Sit Senator, poteſt eſſe Rex, ſit Rex, poteſt eſſe Jmperator, ſit Jmperator Occidentis; poteſt eſſe & Orientis, ſit Occidentis & Orientis Dominus, poſſet eſſe ſolus, non patiens minores Dominos, Principes; Dynaſtas. Efficitur utriusq; noſtri Orbis poſſeſſor plenus & unicus, adhuc poteſt orbis

alterius tenere Jmperia vaſtiſſima, Jndiæ, Braſiliæ, Japoniæ, Sinarum &c. & quis evaſit unquam in tam potentem dominum? vel quis evadet aliquando? Sed finge talem, per me licet. Deeſt adhuc huic, & multùm quidem deeſt, quid tale? quæris! en deeſt illi horum bonorum certitudo, ſi aliqua, vel omnia, fortuna ſiniſtra illi non auferet. deeſt ſtabilitas & immutabilitas in iisdem; cum fluxa ſint omnia; & mutabilia; deeſt tandem, qui certè maximus defectus eſt, diuturnitas poſſeſſionis. Mors omnino ſuperventura, & fortè celeriter, hæc omnia eripiet, & ſi autem centum annîs poſſiderentur illa, tandem cum vita penitùs ab

illo tuo imaginario & fi-
ctitio fortunatiſſimo homini
illa omnia, & ſubitò tolle-
rentur. Itaq; in hac vita
noſtra miſera, ſicut nullus
poteſt eſſe ſtatus, ita num-
quam poteſt eſſe aggregatio
omnium bonorum perfecta.
Ergo deſpice quævis terre-
ſtria bona, & ad cæleſtia
animum converte, ut ſis
beatus.

3. Suſpice cælum, ac in
eo ſolo ſitum eſſe *ſtatum
bonorum omnium congregati-
one perfectum*, vide, adeoq;
beatitudinem tuam in illo
quære. Incipas autem à
ſecundo puncto in deſcri-
ptione poſito, quòd ſcilicet
beatitudo ſit habens *congre-
gationem bonorum perfectam*:
tum deinde deſcendes ad

primum

primum, nempe quòd ſit *ſta-
tus*, quia ex eo eſt illa feliciſ-
ſima vel maximè, quòd cum
ſtatu conjungantur bona con-
gregata perfectè, nimirum,
quòd ſint ſtabilia, immuta-
bilia.

Sed ſufficienter in hoc
mortali corpore exiſtentes,
bona cæleſtia uti cogitare
vel apprehendere non poſſu-
mus, ita nec illa explicare.
Ex bonorum temporalium,
quæ ſenſibûs nunc percipi-
mus, illa penſamus, ſed nulla
prorſus ad illa horum com-
paratio, nullaq; vel umbra
in his illorum. Sicut ſi e-
quus ad ſplendidum convi-
vium invitaretur; nihil ali-
ud ſibi imaginaretur appo-
nendum, quàm optimam &
puram avenam, quia nullas

 alias

alias delicias novit; ita & nos homines, cùm nullas alias ferè delicias, quàm eas, quas ſenſibûs percipimus, agnoſcamus, non meliùs cæleſtes voluptates apprehendere, aut explicare poſſumus, quàm per epulas, potum, & ſimilia corporis, terreſtria oblectamenta. Sed quàm non conformis eſt objecto, hæc apprehenſio! quã obſcura explicatio! Inſtituamus tamen hanc; & illam, qualem poſſumus. Revera tamen modicè poſſumus. S: Gertrudis aliquando dixit: *Si univerſi homines, & linguas, & voces, & calamos, & vires omnes ſuas explicarent, atq; conjungerent, nec unicum verbulum efformare poſſent, quô dignè Beatorum*

Beatitudo cæleſtis cognoſci à nobis ſufficienter, non poteſt.

volu-

voluptatem, & Cæli gaudia, vel exprimerent, vel etiam attingerent. Quod ipſum, teſte Bolando faſſa eſt B: Angela de Fulginio, quæ, cùm aliquando alienata à ſenſibus veniſſet in aliquam cognitionem bonitatis illius, ac pulchritudinis infinitæ, ſibi reſtituta dixit: *Ea omnia, quæ vel ſcripturæ ſacræ teſtimonîs, vel Sanctorum oraculîs, vel Doctorum virorum lucubrationibûs dicta, ſcriptavè eſſent, ab ipſo mundi exordio, nihil eſſe ad medullam illius Divinæ Bonitatis; nec etiam unum granum milii, in comparatione totius mundi.* S: Auguſtinus tractatu de Beatitudine ſcribit de ſe, *quòd dum hunc tractatum pararet, die quadam, ad horã*

comple-

Completorii in extaſim raptus, ſuaviſſimam quandam vocem audivit; dumq; , cujusnam hæc vox eſſet? inquiſiviſſet. Reſpondit loquens: Ego ſum Hieronymus tuus (qui, dum in hac vita, et jam num ſuperſtes eſſet, varia circa hanc materiam dubia contulit) Tunc S. Auguſtinus utiq;: ex quo nunc in Cælis lætus vivens, omnia claré & intuitivè intueris, omnes hactenus jam inter nos agitatas difficultates reſolvere tibi jã minimè arduum erit. Cui S: Hieronymus ait. Ut unô verbo edicam, quod deſideras, opus erit, ut mihi ad ſequentia interrogata priùs reſpondeas. Putasne quòd totam terræ rotunditatem, in uno pugno claudere poteris? Aut

univerſam maris aquam, in parvo vasculo coërcere? ſi autem id impoſſibile judices, longè impoſſibilius eſſe dico, quòd intellectus aliquis creatus, illius gloriæ, quam DEUS diligentibus ſe præparavit, minimam partem capere valeat; hìsq; dictis protinus diſparuit, Tam exigua itaq; eſt potentia noſtra ad differendum de beatitudine cœleſti! nihilominùs, ut aliquid de aggregatione in illa bonorum perfecta, dicamus, in umbris veluti ipſam pro modulo noſtro nobis proponamus. Jmprimis à contrario, ex vitæ præſentis bonis, quæ plurimîs malîs perplexa ſunt, bonorum cæleſtium plenitudinem & perfectionem inferamus. *Non*

qualis eſt vita iſta, ita invenitur & illa, ait S: Auguſtinus oratione contra Paganos, Iudæos & Arianos, cap: 21, Et pergit ultra. *Hic perturbatio, illic fida poſſeſſio. Hic peſſima amaritudo, illic ſempiterna dilectio. Hic periculoſa elatio, illic ſecura eſt exultatio. Hic timetur, ne qui erat amicus, efficiatur ſubitò inimicus; illic ſemper qui eſt, manet amicus: quia nullus admittitur illuc inimicus. Hic quidquid eſt bonum, timetur, ne pereat, illic quidquid acceperis, ab illo obſervabitur, qui fecit, ut ne tu tranſeas, & quod acceperis non amittas. Hic mors, ibi vita.* Et paulò infra. *Quale gaudium erit, cum te videris ſocium Ange-*

Beatitudo Cæleſtis depurata a malis terreſtribus, quæ cuilibet, felicitati tẽporaneæ immiſcentur.

Angelorum eſſe, participem Regni Cælorum, regnare cũ Rege, nihil concupiſcendo omnia poſſidere, ſinè avaritia divitem, ſinè pecunia adminiſtrantẽ, ſine Succeſſore judicantẽ, ſine metu, Barbarorum regnantẽ, ſinè morte æternã vitã viventem. Similî modô S: Gregorius in 7 Pſal: pænit: diſſerit. *In æterna vita nullum habebimus adverſarium, nullum metuemus inimicum, quã abſorbebitur mors in victoria, cũ illa noviſſima inimica deſtruetur mors, cum immutati fuerimus, & æquales Angelis effecti. Modò enim nihil quietis, aut ſecuritatis invenire poſſumus, dum adhuc in nobis ipſis ingemiſcimus gravati, adoptionem exſpectantes Redemptionem corporis noſtri. Cum autem mortale*

hoc induerit immortalitatem, tunc nulla erit diabolicæ fraudis impugnatio, nullum hæreticæ pravitatis dogma, nulla inſidelis populi impietas, omnibûs ita pacatîs & compoſitîs, ut in tabernaculis juſtorum, ſola audiatur vox exultationis & ſalutis. Jbi Sancti ſinè fine laudabũt DEUM: & in lumine claritatis ejus exultabunt. Cives effecti illius Civitatis, quæ libera eſt æterna in Cælis. Quam non obſcurant tenebræ, non obumbrat nox, non conſinuat vetuſtas, non in ea rutilat lumen ſolis, aut lunæ ſplendor, aut ſtellarum jubar, non ibi lucerna quæritur, non lampas accenditur, non lychnus aptatur. Claritas quippe Divina eam illumi-

nat,

nat, ſol clarificat Iuſtitiæ, lux vera illuſtrat: lux inquã inacceſſibilis, quæ non clauditur locô, non finitur tempore, non obumbratur tenebrîs, non variatur nocte. Et paulò infra. *Nullus in eam ingreditur impius, nullus habitat iniquus, nullus intrat immundus. Ibi eſt lux ſinè defectu, gaudium ſinè gemitu, deſiderium ſinè pœna, amor ſinè triſtitia, ſacietas ſinè faſtidio, ſoſpitas ſinè vitio, vita ſinè morte, ſalus ſinè languore &c:* Hæc audiens exclama corde ad DEUM; O quàm pura! o quàm perfecta! DEUS mi preparaſti bona diligentibus te. O diligam te & ego! ut illis bonis frui poſſim.

4. Jn particulari bona beatitudi-

atitudi.

atitudinis cæleſtis peculiariùs perpendamus. Primò cõſideremus locum nempe Cælum Empireum, in quo eſt ſedes beatorum. *Quàm pulchram credimus Civitatem DEI!* ait Spander in Paradiſo 145. *S. Ioannes in recenſendis hujusce Civitatis fundamentis ſatis immoratur: & licèt in his noſtris terrenis fundamentis non niſi impoliti, rudesq; lapides ceu oculis non expoſiti ponantur, in illis tamen uniones, gemmasq; pretioſiſſimas, topazium, ſmaragdum, & id genus alias poſitas affirmat. Si margaritæ, ſaphiri, ac adamantes conduntur in fundamentis, quæ non videntur, quid erunt conſurgentia mœnia? quid palatia? Miraris pulchritudinẽ*

Bona terreſtria reſpectu Cæleſtium, viliſſima

ſolis, lunæ, ac ſtellarum. Hæc velim cogites velut domûs DEI lapides abditos in fundamentis, lunam & ſtellas quæ tu fundaſti: O Iſrael! quàm magna eſt domus DEI & ingens locus poſſeſſionis ejus. Pſ: 8. Baruch 3. Cogitare meritò poſſumus, omnia quæcunq; in terris pretioſiſſima & pulcherrima reperiuntur, & quæcunq; oculis noſtris ſubjiciuntur; uti ſolem, lunam, ſtellas, &c: quisquilias quasdam eſſe & purgamenta Civitatis cæleſtis, veluti extra mænia illius proiecta. Si ergo hæc projecta, tam pretioſa, & tam pulchra ſunt, quid erunt in illa ſancta Civitate retenta? Si ſordes è domo aliqua proici videres, quas tamen non ſordes, ſed

ſed gemmas, ſed aurum revera intelligeres, an non admirans diceres? En quàm pretioſos in domo illa theſauros latere neceſſe eſt; dum talia in illa pro ſordibus reputantur, & idcirco ex ea ejiciuntur. Quam vaſta verò hæc cæleſtis Civitas ſit, & quàm ampla cujusq; beati manſio, demonſtrat S. Bernardus apud Manſi tr: 10. dum ait: *Civitas iſta in menſura valdè ſpatioſa, unde quò ad literam, quilibet ſanctus in cælo habebit locum ſibi aſſignatum proprium, & ſpecialem magis ſpatioſum quàm ſit ab oriente ad occidentem.* Exclama & hic corde. O *quàm vaſtum! quàm pulchrum tabernaculum DEI cum hominibus & Angelis!* Apc:

Apoc: 21. 3. O quã ſplendidè habitant Cives tui Domine in atriis tuis! o fac me! per tuam infinitam bonitatem, & miſericordiam concivem illorum.

5. Secundò ad agnoſcendã beatitudinis felicitatem, mẽtis nunc oculis contemplare in ænigmate, pulchritudinem aliasq; dotes corporis cujuscunq; Beati, quòd te clarè viſurum ſperas oculis corporeis in Cælo. Jn Beatorum corporibus poſt reſurrectionem futuræ ſunt 4. illuſtres præcipuæ dotes, ad plenam illius ſtatûs perfectionem ſufficientes: videlicet Impaſſibilitas, Claritas, Agilitas & Subtilitas. Nã corpora Sanctorum nullam unquam vel modicam moleſtiam pati poterunt.

Beati Corporis decora & Solatia

runt; Ideoq; erunt impaſſibilia. Jta autem erunt clara & ſplendida, ut lumina ſolis, longè ſint ſuperatura. Audiſtîs vel audire poteſtis de Sanctis aliquibus, qui in orationibus ſuis ingenti ſplendore Divinitùs immiſſo coruſcabant. Et id legitur de Sancto Antonino; Florentino Archiepiſcopo, de S. Franciſco Aſiſinate & aliis plurimis etiam iis, qui ab Eccleſia in Sanctorum catalogo nō recenſentur, etiam ex noſtra Religione, quos producere longum eſſet. Si ergo mortalîa Sanctorum corpora ita DEI beneficiô coruſcare poterant, ò quomodò radiabunt immortalia & glorificata! Agilia verò erunt & ſubtilia, corpora Beatorum

quia facillimè vaſtiſſima & ampliſſima ſpatia celeriter pertranſire poterunt, nullaq; repagula, nulli etiam ferrô fuſi muri impedire eorum progreſſum poſſent, illos enim penetrarent. Pulchritudo autem illorum tanta erit, ut habetur ex revelatione facta S. Tereſſiæ in vita ejus, ut rei tam ſupernaturalis, & ita eminenter pulchræ aſpectus, hominem veluti extra ſe raperet. Eſto in Cælo non aliud oculorum oblectamentum foret, quàm ſumma glorioſorum corporum pulchritudo, nimis quàm magna gloria eſſet, præſertim ipſam Humanitatem Salvatoris noſtri IESU Chriſti videre. Odorem etiam diffundent eadem corpora beatorum ſuaviſſimum,

viſſimum, indicibilem, roſas, violas, lilia, aliaq; odoramẽta terreſtria omnia longiſſimè, & ſinè ulla proſus comparatione ſuperantem. Refert Marulus l: 6. c: 16. *De quodam ſervulo paralytico moriente, qui homines circa ſe pſallentes ſilere juſſit, quoniam Angelos audire cæpit. Et cum ad cæleſtem cantum, quem ſolus ſentire poterat, oculos, aures, animumq; intendiſſet, corporis vinculîs ſolutus, abiit. Tam autem ſuavis odor à corpore ejus exhalavit, ut præ ſua ſuavitate planè in ecſtaſim raperet circumſtantes. Sunt & plurimi alii Sancti quorum corpora mortua odorem gratiſſimũ exhalabant.* Quodſi hoc donum præſtat DEUS cadave-

cadaveribus dilectorum ſuorum, & qualè illud? & quãtum reſervavit corporibus illorum glorioſis! Demum ſensus omnes cujusq; Beati corporis inenarrabili replebuntur voluptate. Viſus aſpectu Humanitatis Chriſti, & corporum Sanctorum, ut jam inſinuatum, & inſuper obiectîs aliîs innumerîs cæleſtis pulchritudinis. Auditus, harmoniæ Cæleſtis perceptione incredibiliter mulcebitur. *Manſi Diſcur: 9. n: 6. de S: Franciſco Seraphico narrat, quòd dum hic Divus exceſſivâ quadam melancholiâ oppreſſus, in lecto decumberet, rogavit Fratrem Paciſicum, ut Aſſiſium abiens, quendam ſui Ordinis Religioſum, qui perfectus ci-*

 tharæ-

tharædus erat, ad ſe accerſeret, ad hoc, ut ex citharæ ſono modulato, non nihil ſublevaretur. Cui Frater Pacificus, multos inde ſcandalizandos fore, reſpondit, ac proinde monuit, ut meliorî uſus conſiliô, ad DEUM potius ſe toto corde converteret; ſic enim futurum eſſe ajebat, ut pro moleſtæ illius triſtitiæ mitigatione; ſolatium aliquod perciperet. Cui conſilio cum Seraphicus Pater morem gerere vellet, contigit, ut, dum Sanctus vir DEI, ad levamen iſtud implorandum, ſuam in DEUM mentem elevaret, protinus Angelus quidam citharam artificioſô plectrô pulſans, coram viro DEI compareret, qui vix dum primæ chordæ plectrum admo-

viſſet,

viſſet, Seraphicus Franciſcus mox ſe tantô jubilô, adeoq; immensâ lætitiâ demulceri & perfundi ſenſit, ut eum, nè ſecundam cordam tangeret, impensè rogaret, timens, nè præ nimia ſuavitate, & infinita dulcedine, quâ interiùs afficiebatur, ſpiritum exhalaret. Unde ad immenſum hunc jubilum, quem in corde ſuo præſentiebat, temperandum, crucem quandam vicinam amplexatus, Paſſionem Redemptoris noſtri vivaciſſimè ſibi impreſſit. Audire etiam poteratis, quod legitur in Speculo exemplorum, de quodam Monacho, qui cum perſuadere ſibi non poſſet verum eſſe, quod Propheta dixit: *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſter-*

na,

na, quæ præteriit: poſt matutinum ex Eccleſia egreſſus, & ab avicula ſuaviter cantante ſeductus, adductusq́, ad vicinam clauſtro ſylvam, in auditu illius aviculæ per trecentos annos detentus eſt; poſtquam autem ad ſe rediit, credebat ſe vix quadrante horæ moratum. Ex his inferamus. Si unicus tactus, unius chordæ citharæ cæleſtis, ab Angelo factus, tanta ſuavitate replevit aures Divi Franciſci, quæ ex his in totum animum & corpus exundavit; ſi aviculæ à DEO immiſſæ modulatio, per trecentos annos immobilem & abſorptum dulcedine auditûs detinuit Monachum. O quàm ineffabili aures Beatorum perfun-

perfundentur voluptate! corpusq́; illorum ſanctum; & anima quantis immergetur ſuavitatibus, dum toti Cæli, harmoniâ reſonabunt, dum dulciſſimus ſonus undiq́; continuò petet aures beatas! Guſtus cæli Jncolarum habebit quoq́ ſuas delicias. O quantas illas! *Narratur in Speculo exemplorum, de quodam milite, qui à ſocio ſuo defuncto ad convivium invitatus, cùm comparuiſſet, & ad ultimum duntaxat ferculum veniſſet, redire juſſus domum, ex qua exierat; hanc non reperit, ſed in ejus loco monaſterium ædiſicatum, ſeq; ducentîs annîs convivio illi interfuiſſe intellexit, putabat autem ſe ante horam; domo ſua exceſſiſſe*

exceſſiſſe. Tanta voluptate à Cive jam DEI, ſocio, epulæ inſtructæ palatum militis recrearûnt, ut illarum delibatione abſorptus, ducentos annos, pro unius horæ ſpatio computârit. O quibûs Beatorum guſtus ſatiabitur deliciîs! quem non incola cæli quiſpiam, ſed ipſe Dominus Cæli recreabit. *O quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine* Ps: 30. v: 20. Quàm meritò dictum eſt! *Jnebriabuntur Beati ab ubertate domûs tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Ps. 35. v: 9.

Tactus corporis glorioſi percipiet ſolatia ex temperamento delicatiſſimo ejusdem corporis, ac ex mutuis ſanctis Divorum amplexibus, uti

uti docet Briſacenſis, Parte 1ma, Tomulô 1mo, Tractatu 2do, Quæſt: 4, num: marginali 211. Citans pro ſe Divum Bonaventuram, multosq; in communi SS. Patres & Jnterpretes. Odoratus Beatorum ex ſuaviſſima corporis proprii fragrantia; & aliorum Beatorum, ac præcipuè SSmæ MATRIS ac CRISTI Domini indicibilem percipiet voluptatem, ut jam inſinuatum. Præterea illa tota ampliſſima Civitas cæleſtis, gratiſſimîs replebitur odoribûs, reſpectu quorum terreſtria omnia odoramenta inter ſordes debent recenſeri. Alloquere corpus tuum bone adoleſcens. En quantæ te manent in cælo deliciæ, & cur

cur his te non reſervas, & ad oblectamenta terreſtria aſpiras? O te ſtolidum! ſiliquîs porcorum paſci vis, cui nectar & ambroſiæ, epulæq; à Rege Regum paratæ. Expectant te deliciæ immenſæ, inexhauſtæ, immutabiles, perpetuæ; & tu vanîs, futilibûs, plusq; longè amaritudinis, quàm dulcedinis continentibûs, morteniq; accelerantibûs voluptatibûs repleri appetis? Jnvitat te Pater familias Cæleſtis ad menſam ſuam; talibûs dapibûs inſtructam, quas nec oculus vidit, & de quibus nec auris audivit, ac quæ nec in cor hominis aſcenderunt; & tu eſcîs cadaverum, beſtiarum, ac volatilium, aliîsq; putreſcentibûs cibîs, ventrem in-

fercire deſideras? Totum te ò corpus! omnesq; tuos ſenſus, omniaq; membra, & minutiſſimas medullas, voluptate inexplicabili ſatiare DEUS intendit; & tu ſtillâ vaniſſimæ voluptatis & momentaneæ, quandoq; ſordidæ præeliges? O non ſis ita fatuum! ah jam totum ad cæli delicias te converte, & terreſtres quaſcunq; belluis communes deſpice.

6. Vidimus decorem corporis glorioſi, videamus quoq; pulchritudinem animæ glorioſæ. Jmprimis anima humana ſecundùm naturam ſpectata ſatis pulchritudinis habet. *Divam Catharinam Senenſem excitabat ipſa DEI bonitas; ad procurandam ſalutem animarum:* *Anima naturalis pulchritudo magna.*

ad quam ut iret ardentior, petiit à Cælo hanc ſibi gratiam, ut animas corpori huic velut luto merſas, poſſet in ſeipſis dare intueri: conceſſum illi id propitio Numine. Itaq; Catharina jam non ampliùs hærere in veſte, ornatuq; corporis, & externis illis phaleris, non etiam in ipſa corporis fabrica, mēbrorum conformatione, & ipſius oris ac faciei venuſtate, ſed illico ad animam penetrare: & hinc amor, hinc ardor, hinc zelus animarum, hinc ad Patrem qui ſibi erat à confeſſionibus, ingeminare amantis illud: o anima quàm pulchra! quā pulchra es o anima! Verè opus excelſi; caput & compendiū operū DEI. O ſi eā videres, mi Pater! non dubito

to quin illius causâ centum ſi tibi forent vitæ, eas prodigeres. Ille ipſe favor conceſſus aliquando S: Patri noſtro Ignatio. *Videbat ille animas in ſeipſis, in eſſentia ſua ac natura; & hinc amor, hinc cura, hic ardens eas lucrandi ſtudiū, cui totus ipſe incubuit, & ſuos etiam incū bere voluit.)* Quod ſi ea eſt animæ etiā in natura ſua, nudè quaſi ſpectatæ; ſi inquā ea eſt venuſtas, ac pulchritudo, quæ videntē extra ſe rapiat, quæ amorē illius magnū conciliet; ac venerationē, & quæ ita diſtineat, & ita paſcat, et quodammodo beet videntem; quid erit, ſi eam videas exornatam gratiâ, charitate, aliîſq; donorum ornamentîs? *Si bonum gratiæ majus eſt*

bonô totius univerſi, prout docet S. Thomas, quid erit intueri hoc bonum gratiæ in anima, hancq; illo decoram conſpicere? Si vel unico tantùm oculorum conjectu, videre poſſes quidquid orbe toto pulchrum eſt, quidquid pretioſum, dives, amabile, ac delectabile, ſi vel tantùm videndo, etiam eô frui, ac poſſidere illud omne; quàm felicem, quàm Beatum te crederes illa viſione: æquè imò magìs te felicem exiſtima fore viſione gratiæ, ac animæ ab hac ornatæ; quia eam videndo, videres bonum, quod majus eſt bonô totius univerſi, & videndo illud, etiam ipſum poſſideres, & illo fruereris. Quando verò ad decus gratiæ additur

Anima pulchritudo Sūma ex decore gratiæ.

Et quanta hac accedente decore gloriæ.

lux gloriæ in anima Beati; ô in quanto debet eſſe pretio viſio talis animæ! Ludovicus Bloſius refert dictum S: Brigittæ à Chriſto. *O filia ſi videres pulchritudinem Beatarum animarum, aut etiam Sanctorum Angelorum, ſicut ſunt in cæli regia, cor tuum præ ingenti gaudio diſrumperetur.* O quàm felix eris bone adoleſcens! dum in cælo, prout ſperas, videbis tuam animam ex ſua natura pulcherrimam, gratiæ & gloriæ decoribûs conſpicuam, videbis quoq; innumeras planè aliorum Sanctorum animas, ac ſanctos Angelos, & hac viſione poſſidebis hæc omnia decora, illîsq; frueris. Hinc diſce æſtimare animam tuam, & aliorum, ac amare,

nec unquam conſpurca peccatîs præſertim mortalibûs quæ illam fœdiſſimam reddunt, uti advertiſti coſideratione 2da. Diſce; quoq́, æſtimare donum gratiæ; ac amare, ac in tua anima illud accuratè conſerva. Diſce tãdem curare animæ tuæ donum; gloriæ, & animabus aliorum; pro ratione, & poſſe ſtatûs tui futuri, imò & in tua immatura ætate, quantùm potes, juvando alios ad ſalutem æternam.

7. Jam ad conſideratione͂ Bonorum principalium, in quibus Beatitudo primariò conſiſtit, nempe viſionis DEI, & amoris ejusdem Beatifici, accedamus.

Viſio DEI, eſt fons omnis boni, omnis gloriæ, omnis

CONSIDERATIO 9.

Beatitatis. Quantum hoc ſit bonum, agnoſcunt & ſentiunt diabolì, qui illô privati ſunt in æternum. *Videre Deũ quantum ſit bonum?* *Contigit aliquando Fratrem Iordanum Generalem Prædicatorũ* (uti legitur in Promptuario litera G:) *loqui cuidam obſeſſæ à dæmone, Quæſivit à Spiritu immundo, ubi foret libentiùs? Reſpondit: in cælo. Et cùm ſcrutaretur cauſam, quare magis deſideraret eſſe in Cælo? Reſpondit: ut faciem Creatoris videret. Quæſivit Magiſter quàm libenter videret? Reſpondit ſpiritus: paulò ampliùs vidi, quàm ad ictum oculi, ſed propter tamdiu videndam faciem Creatoris, omnes pœnas, quas omnes dæmones ſuſtinuerunt, à die qua ejecti ſunt e Cælo,*

ac etiam quas ſuſtinebunt usq; ad diem judicii, vellem ſuſtinere. Quod audiens Magiſter, expavit vehementer, ita, ut non videretur in eo ſpiritus. Poſtea ad ſe reverſus, dixit Satanæ. Optimè dixiſti mihi, ſed alicujus pulchritudinis comparationẽ; dicas mihi, ad pulchritudinem DEI. Et reſpondit Spiritus nequam: ſtultè quæſiviſti, quia non poteſt enarrari; ſed propter inſtantiam petitionis tuæ, unum tibi narrabo, quod tamen frivolum eſt, & penitus nihil reſpectu veritatis. Conſidera pulchritudinem terrarum, ſive Cælorum, nempe argenti, auri, gemmarũ, florũ, omniumq; metallorũ, ac eorũ omniũ, quæ ſuo decore viſũ oblectant; ſi ergo iſtæ

Ineffabilis pulchritudo DEI

go iſtæ

go iſtæ omnes pulchritudines redactæ eſſent in unũ, & omnes ſtellæ ad ſimilitudinẽ ſolis lucerent, & ſol præ omnibus ſtellis jã prædictis lucem haberet, & omnes illæ pulchræ ſtellæ, & ſol, radios ſuos jactarent in pulchritudinem unam: ſcito hoc pro certo, quòd omnis illa pulchritudo; humanam æſtimationem excederet, & tam incomparabilis eſſet illa pulchritudo, ad pulchritudinem Creatoris, quàm tenebroſa eſt ad diem ſole clariſſimum. Væ ergo illis, qui ſeparabuntur, ab illa inæſtimabili gloria.

Bonum Viſionis DEI Beatificæ, quantum ſit, illuſtrari, & cognoſci, poteſt à contrario. Docent Theologi, duplicem infligi pænã

 damna-

damnatis à DEO Vindice, & meritò: quia etiam duplex eſt in omni peccato mortali malitia. Una eſt *averſio a DEO*, & huic reſpondet *pæna damni*, cùm enim peccator avertat ſe à DEO dum peccat graviter, meretur ut & DEUS avertat ſe ab illo, & abſcondat faciem ſuam ab illo in æternùm. Altera eſt malitia: *converſio ad creaturas*. Et hanc manet *pæna ſenſûs*; cùm enim peccator in ordinatè contra præceptum DEJ adhæreat creaturæ alicui, dum peccat, meretur pro hoc pænam, quam ſentiat. Docent deinde, pænam damni, longè majorem eſſe pænâ ſenſûs, hæc enim æterna quidem eſt, cùm ſit

A contrariò pæna damnatorum, magnitudo boni Viſionis beatificæ deducitur.

ſit in æternùm duratura, ut declaratum Conſideratione 5. num 3, attamen hæc pæna in ſe finita eſt. Aſt pæna damni eſt infinita, quod duobûs modîs deducitur. Primò, ſi agnoſcatur, quid ſit pæna damni. 2dò Ut conſideretur unde proveniat privationis alicujus malum. Primum conſtat, quòd pæna damni in damnatis, ſit privatio, privatio nimirum viſionis Divinæ. Secundum demonſtratur ſic. Omnis privatio boni alicujus, tantum eſt malum, quantum eſt bonum quô privat. Exemplis. id illuſtratur. Jnfirma valetudo, eſt privatio ſanitatis in corpore, eſtq; hæc malum tantum, quantum eſt bonum valetudo.

do. Mors eſt privatio vitæ; & eſt malum tantum, quantum eſt bonum vita. Tenebræ ſunt privatio lucis; & eſt malum tale, quale eſt bonum lux ipſa. Cæcitas eſt privatio viſûs, ac eſt malum tantum, quantum eſt bonum; viſus. Pariter de aliis omnibus privationibus boni, uti de ſurditate, claudicatione, &c: diſcurrendum. Cùm igitur pæna damni in damnatis, ſit privatio divinæ Viſionis; tantum malum debet eſſe hæc privatio, quantum bonum eſt Divina viſio. Jam adverte, quantum bonum hæc ſit. Eſt quidem illa quid finitum in ſe, quia eſt aliquid productum à DEO; ſed clarum eſſe videtur Beatitudinem

noſtrã

noſtrã ex duobus integrari, videlicet ex operatione creata nobis inhærente, & objecto increato extrinſecè terminante; ita tamen, ut principalius in ea ſit objectum, quàm actus, quia in objecto, non in actu, primariò & ultimatè quieſcit appetitus rationalis, eò, quòd actum appetat propter objectum, non è contra. Quare ſi poſſent adinvicem ſeparari, potiùs voluntas eligeret objectum ſinè actu, quàm actum ſinè objecto. Et ratio eſt: quia voluntas amat objectum Beatificum amore amicitiæ, & propter ſe, actum verò, ſeu Beatitudinem formalem, amat amore concupiſcentiæ, & propter aliud: ſuam enim

Bati-

Beatitudinem amat Beatus propter DEUM, quem ſupra ſeipſum, ac ſuper omnia diligit. Jta Viva doctè diſcurrit in Curſu Theologico Tomo 1mo, Diſputatione 2da, Quæſtione 1ma, numero marginali 8vo, cum Vasquio docens, citansq; hunc 1. 2. Diſp. 8. Cùm igitur objectum viſionis Beatificæ ſit infinitum, nempe DEUS, qui per illam poſſidetur à Beato, ergo licet viſio DEI in ſe præcisè ſpectata, ſit quid finitum, quia tamen Beatitudo ex duobus coàleſcit(ut dictum) nempe ex operatione creata, nobis inhærente, & ex objecto Jncreato intrinſecè terminante, & quia in Beatitudine principalius eſt objectum, quā actus

actus, (ut deductum) Hinc ſequitur, Beatitudinem habitam per viſionem, eſſe quid infinitum; ratione DEI infiniti, qui per illam poſſidetur, & qui in Beatitudine eſt quid principalius, quàm viſio. Ex his autem infertur: quòd & pæna damni in damnatis ſit malum infinitum, quia eſt privatio infiniti Boni, nempe DEI. Hæc dicta hactenus de pæna damni, ejusq; magnitudine, ac de magnitudine boni Viſionis DEI, quâ privantur damnati. Auditores Theologiæ, ac etiam Philoſophiæ poſſunt optimè intelligere, ſed neq; excedunt capacitatem adoleſcentum, ac etiam ſimplicium hominum, ſi his, & illis explicentur.

Quod

Quod de privatione diſſeruimus idem dicendum de damno. Quodlibet damnum tantum eſt, quantum eſt bonum, quod per illud damnum eripitur. Et ſic grave eſt damnum, dum alicui auferuntur decem aurei, vel ſi cogatur illos pendere in pænam pro aliquo exceſſu; gravius erit damnum centum aureorum, adhuc gravius hôc, mille aureorum, graviſſimum, ſi aurei innumeri, theſauriq; omnes poſſibiles alicui auferrentur. Et quare ita? quia eò eſt majus damnum, quò majus eſt bonum quod per illud adimitur. Cùm ergo pæna damni, in damnatis, abſtulerit illis infinitum Bonum, quod eſt DEUS, igitur hæc pæna

pæna eſt ſummum damnum. Quod ſi verò eſt ſummum damnum, debet eſſe & ſummum malum. Bonum quod eſt ex poſſeſſione DEI per viſionem Beatificam, videtur David perpendiſſe, dum ad curam videndi DEI ex ardeſcit, ſic eum alloquens: *Faciem tuam Domine requiram* Pſal: 26. *v.* 8. Et oppoſitum ipſi malum, deprecatur: *Ne projicias me à facie tua* Pſ: 50. v: 13. Ac in hoc bono viſionis DEI, ſalutem ſuam æternam, adeoq; omnem fèlicitatem repoſitam profitetur. *Oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus* Pſ: 79. v: 8. Jn eodem bono, & nos, vitam noſtram & ſalutem perpetuam conſtare, omnino cenſeamus, & ne

nè illo deſtituamur, oremus cum lacrymis Dominum, ac illud in terris cum gratiæ DEI adjutorio diligentiſſimè curemus. Quòd ſit ſumma, & unicè deſiderabilis felicitas in viſione DEI, hoc etiam inſinuaſſe videtur Chriſtus, dum ad puſillorum cõmendationem, Diſcipulos ſuos ſic alloquitur Mat: 18. v. 10. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in Cælis eſt;* ubi omnem Angelorum felicitatem velut in compendio explicavit. De hac felicitate viſionis DEI á Beatis, ait S. Auguſtinus To: 9. Soli: c. 36. *Hæc eſt plena Beatitudo & tota glorificatio hominis; videre faciem DEI ſui; videre eum, qui fecit Cælum & terram,*

Quanta felicitas Beatorum ex Viſione DEI.

videre

videre eum, qui ſalvavit eum, qui glorificavit eum &c. S: quoq; Thomas Opusc: 63 c: 3. de viſione beatifica ita loquitur: *Ibi,* hoc eſt in Cælo, *anima valdè delectabitur in continua viſione delectabilis vultûs DEI, de qua dicit* Gloſſa ſuper Pſalm: *quòd viſione nihil delectabilius. In ea tanta eſt delectatio, teſte Auguſtino, quòd ſi poſſent mali, mallent eſſe in pænis, & DEUM videre; quàm eſſe extra pænas. & DEUM non videre.* Et iterum idem ibidem. *Tanta in DEO eſt jucunditas, & amabilitas, ut cognitus ab anima, ſtatim ipſam ad ſe trahat, eamq; vehementer in ſe abſorbeat, ad ſimilitudinem magnetis, qui virtute ſua fortiter ferrum*

ad

ad ſe trahit. Transformat quoq; in ſe quodammodò hæc viſio DEI Beatos, juxta SS: Patres, quod hac ſimilitudine explicant. Si aquæ guttula in dolium vinarium infundatur, coloré vini & ſaporem, & odorem induit: ſic & anima Beata; per D E I viſionem, quaſi DEO immerſa, atq; abſorpta ab eodem, in eum quodammodo transformatur; tanta ſcilicet ejus eſt cum illo conjunctio, unio tanta, ſimilitudo tanta, tanta in DEUM immerſio; major, quàm eſſet guttulæ immerſio in mare, & hinc voluptatum omnium affluxus inexplicabilis, atq; æternus. Excita te ad ferventiſſimum deſiderium videndi DEUM,

exclamando: *O! quando te videbo pulchritudo tam antiqua, tam nova.*

8. Jam amorem DEI beatificum perpendamus. Amor hic, dicitur: *raptus voluntatis in DEUM ſummum Bonum.* Dicitur & *impetus in D E U M,* quem ſcilicet imprimit voluntati ſummum bonum, clarè per viſionem cognitum. Dicitur etiam *Pondus,* quô in DEUM ùt centrum ſuum fertur, quod enim pondus in corporibus, hoc amor in ſpiritibus, quod ſic explicat S: Auguſtinus l: 11. de Civit: c. 28. *Velut amores corporum, ſunt momenta ponderum, ſive deorſum gravitate; ſive ſurſum levitate nitantur. Ita corpus pondere, ſicut animus amore*

more fertur, quòcunq; fertur. Hoc dictum eſt de amore beatifico per analogiam, ſeu per ſimilitudinem imperfectam, cùm enim actus hic ſit ſpiritualis, vix à nobis intelligi, aut explicari poteſt. Ex qua ſimilitudine, ſeu analogia, talis deſcriptio amoris beatifici conficitur. *Amor Beatificus, eſt pondus, & impetus, & tractus naturæ ſpirituali accomodatus, quô fertur in DEUM, ùt ſummum Bonum, & centrum æternæ quietis.* Hîs ad notitiam amoris beatifici ſpectantibûs inſinuatîs, omiſsîsq aliîs, de cauſis amoris hujus, de quibus Theologi differunt, deſcendamus ad explicationem eorum, quæ in Beatis amor Beatificus efficit; inde enim agnoſce-

Quid ſit amor beatificus, & quanta ex eo promanat felicitas

agnoſcemus, quis & quantus, hic amor ſit: prout enim ex fructibus noſcitur arbor; ſic & amor beatificus ex illis, quœ in anima Beata operatur ad ſtuporem & miraculum. 1mò itaq; *amor Divinus* juxta S: Dionyſium libro de Divinis nominibus cap: 4. *ecſtaſim facit, non ſinens amatores eſſe ſui juris, ſed in jus eorum quæ amantur, penitus illos transferens.* Eſt autem illa ecſtaſis in duobus poſita. Primò quod per eam, amantes à ſe ipſis quodammodo exeant, nihilq; de ſuis cogitantes, & nihil appetentes, niſi quòd DEUM ſpectat. Secundò, quòd anima incenſa illo Beatifico amore; extra ſe egreſſa, non ſibi, ſed dilecto vivat,

vat, non ſui juris, ſed Divini, adeóq; rapitur in dilectum; & intrat in abyſſum Divinitatis per amorem. Amor enim intra dilectum commorari vult, quia hic ipſi eſt locus, hæc requies, hoc centrum, hæc ſecuritas, & omnia. Et hinc quó major eſt amor, eó profundius ſe immergit in Oceanum illum, in abyſſum Divinitatis.

Ex amore autem tali fluit gaudium, per quod quieſcit Beatus in DEO. Ut enim in corporibus eſt impetus aliquis ad centrum, quó cùm perventum fuerit, eſt quies, nec ulterius tenditur, quod patet in lapide decidente ex alto in terram &c: ſic in ſpiritibus & animabus cognitione præditis; eſt amor pro-

prii boni, & deſiderium, quô obtentô, eſt in eo quies quædam vitalis, nec ultra tenditur. Quod in omni amore evenit, hoc maximè in beatifico reperitur, in amore ſcilicet ſummi Boni clarè viſi: ex illo enim; neceſſirè ſequitate quadam amabili, ſequitur gaudium, & in illo quies aliqua eſt vitalis, nec ultra tenditur. Eſt autem hoc gaudium *ſuavitas & dulcedo vitalis orta ex ſummo bono præſenti cognito, & amato.* Dicitur ſuavitas, & dulcedo, quia juxta S. Auguſtinum: *Verus amor non ſentit amaritudines; ſed dulcedines; quia amoris ſoror dulcedo, ſicut odii amaritudo.* Quod maximè verificatur de amore beatifico, cujus obie-

ctum eſt, ſummum Bonum, in quo nihil eſſe, aut fingi poteſt non ſummè amabile. Dicitur ſuavitas & dulcedo eſſe *vitalis*, quia procedit ab anima, ceu à vita prima, & ab actu voluntatis, ceu à vita ſecunda. Dicitur: *orta ex ſummo bono præſenti cognito & amato.* Quia ſi non eſſet amor, nec gaudium eſſe poſſet: & ſi non eſſet bonum præſens, & clarè cognitum, nec de illo gaudium eſſet; quia hoc, gaudet bono præſenti cognito & amato. Si enim abſens ſit bonum, fertur in illud deſiderium, non autem ex illo eſt gaudium, ac ita, qui non habet bonum temporale, centum aureorum vg: & vellet habere, deſiderat illud, qui

autem habet jam illud non deſiderat, ſed de illo gaudet. Si etiam bonum non ſit clarè cognitum, eſt per modum abſentis. Proinde communiter dicitur: Jgnoti nulla cupido, adeoq; nullum deſiderium illius, ſi non habetur, nullumq; gaudium ex illo &ſi habeatur; & non cognoſcatur, reverà enim qui habet in capſa decem aureos, & neſcit ſe illos habere, non gaudet de illis.

Gaudium Beatorum eſt ſummum, quia eſt ex magnitudine boni ſummi, immenſi, infiniti, æterni, nempe DEI ipſius, quod obtinetur. Fingamus nobis Cræſum innumeras divitias poſſidentem, Alexandrum magnum orbis Domitorem,

plurimasq́; Provincias & Regna occupantem, Cæſares, Orientis & Occidentis Dominos. Quantum eſt horum gaudium præ Beatifico? quantùm gutta ad Oceanum, quantùm lucerna ad ſolem, imò infinitè minus. Eſt hoc gaudium Beatorum plenum, & de hoc dixit Chriſtus: *Petite & accipieti, ut gaudium veſtrum ſit plenum.* Quæverba explicans S: Anſelmus ait: *Inveni gaudium plenum, & plusquā plenum. Pleno quippe corde, plena mente, plenâ animâ, plenô toto homine gaudiô, adhuc ſupra modum ſupererit gaudium. Non ergo totum illud gaudium, intrabit in gaudentes: ſed toti gaudentes intrabunt in gaudium Domini.*

ni. Hoc eſt in abyſſum & pelagus quoddam gaudiorum, quô cingentur undiq́; & in quo æternum habitabunt. Sic autem intrare, cingi, ac inhabitare, & non ne eſt ſumma felicitas, beatitudo, ac voluptas? omnia de terreſtribus bonis gaudia; non ſunt plena, nec eſſe posſunt, quia habent magnum defectum in ſe, nec ſatiare plenè poſſunt animum hominis immortalem, quia ipſi non ſunt proportionata, cùm ſint tranſitoria & pereuntia, ille autem eſt immortalis, Nullum ſanè reperies avarum, divitem, qui &ſi plurimîs opibûs abundet, contentus plenè reddatur, nullum ſuperbum elatæ mentis, qui, etſi ad ſublimes honores eveha-

evehatur, illîs planè ſibi ſatìsfactum dicat, Non quieſcit unquam plenè animus in bonis terreſtribus, adeòq; plenum in illis gaudium nō habet. Sed dices, quia dives epulo. de quo legitur in Evangelio, viſus erat quieviſſe in ſuis divitiis & poſſeſſionibus multis, dum allocutus ſic animam ſuam: *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, ede, bibe, epulare &c:* eſt quàm miſera hæc quies! quàm falſa! utiq; audis quòd inter illa bona, deſideraret edere, bibere, epulari &c: ergo cum hæc deſideret, non habet illa, adeòq; poſitus eſt in deſiderio plurium, de pluribus non gaudet, adeòq; non habet gaudium plenum.

Deinde

Deinde ait, in *annos plurimos*, & nec dies una eſt incerta ejus poſſeſſione, uti patuit, dum ea nocte infelix periit, & omnia ſua bona amiſit. Etſi autem eſſet certus annorum plurium, videret tamen finem ſuum, & bonorum ſuorum, adeòq; ratione hujus, in dies magìs appropinquantis, gaudium illud eſſet conjunctum cum triſtitia, ob amittenda ſua omnia, cum vita, bona. O! certè tale gaudium neutiquàm plenum, ſed inane eſt! Jn ſolo itaq; DEO per viſionem & amorem beatificum obtento, uti eſt plena quies, ita eſt gaudium pleniſſimum. Ad hoc gaudium aſpira O! bone adoleſcens, hoc à DEO pete, hoc cura; reliqua autē

gaudia

gaudia de bonis temporalibus, quibûs frueris nunc, & frueris poſtmodum, deſpice, contemne, ac pro nullis reputa.

Æternitas Beatitudinis adumbrata.

9. Beatitudinem Cæleſtẽ prout hæc eſt, *congregatio omnium bonorum perfecta*, ruditer & in umbris attigimus, prout nonniſi potuimus, nunc ſtatus bonorum illorum pro modulo noſtro explicandus. Omnia bona, quæ à Beatis poſſidentur in Regno DEI, hinc complent felicitatem ſuam ſummam, quia ſunt in ſtatu, ſine ulla variatione, mutabilitate, ſed cũm perpetuitate. Si bona terreſtria etiam maxima, & plurima congregarentur ad unum hominem, multùm tamen huic deeſſet ad feli-

citatẽ

citatem & bearitudinem, cùm deeſſet ſtatus illorum, nempe non ſubjectio variationi, & mutabilitati, non eſſentq; perennia. Sed Beatis ad ſuam Beatitudinem nihil omnino deeſſet, quando habent congregationem omnium bonorum perfectã; in ſtatu, nimirum, tot & tãta bona illorum æterna ſunt. Hæc Beata æternitas nequit à nobis percipi, nec probè intelligi, adumbrabitur ergo nonniſi prout in ærernitatæ damnatorum infelici egimus Conſid: 5. n. 3. Jmaginare 1mò; quodſi DEUS vellet annihilare totam terram, deſtinaretq; Angelum, qni per ſingula ſæcula, ſeu per ſingulos annos centum, tantùm terræ efferret, ad annihilan-

dum.

dum, quantùm inter duos digitos pueruli, poteſt contineri, o! quot ſæcula expectanda eſſent, donec integra terra annihilaretur! & tamen & ſi ad annihilationem totius deveniretur tandem, nondum finiretur Beatitudo & felicitas Sanctorum. Imaginare 2dò quod ſi DEUS omnia orbis maria, vellet transferre aliò, deſtinaretq; ad hoc opus aliquem ex Angelis, mandans ei, ut nonniſi uno ſæculo, unam guttã transferret conſervandam à ſe. O! quam longum tempus intercedere deberet, ad transportandam à prima gutta ultimam, adeoq; omnes omnium marium guttas, & tamen, & ſi hoc tempus accederet, nondum eſſet terminus

minus

minus Beatæ vitæ Sanctorum. Jmaginare 3tiò; ſi DEUS aviculam aliquam conſervaret, efformatô globô æneô, vel ferreô, ſinè concavitate ulla, ſed totô fusô, tam vaſtô, quàm vaſtus eſt terræ totius globus; & ſi illa avicula, ſemel per centum annos, illum globum transvolaret, alâq; ſuâ in volatu tereret aliquantum. o certè innumera ſæcula effluerent, ad deſtructionem illius globi per attritionem alæ; & tamen etſi illâ totus ille conſumeretur tandem, nondum de æternitate Beatorum quidquàm decederet, nec finis illius adeſſet. O æternitas! æternitas cæleſtis! quàm lõga es! O quanta dementia eſt, propter ſolatium, & vo-

S luptatẽ

luptatem tranſitoriam & brevem, illâ ſe privare! æſtimemus & amemus per DEUM! æternitatem beatam Bonorum Cæleſtium, deſpiciamus autem, negligamus, & contemnamus bona quævis mundi hujus inania, vana, & ad finem continuò vergentia. Audiamus arguentē nos Prophetam. *Filii hominum usq́quò gravi corde! ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Pſ: 4. v: 3. O curas inanes mortalium, quibûs aggravatur cor! o inanes amores! o futilia ſtudia! dum omiſsâ bonorum æternorum curâ, tota vita tranſitoriis impenditur. Augent poſſeſſiones, plures Magnates, ædificant ſibi palatia, exſtruunt & plan-

Quanta ſtultitia, tranſitoria bona curare, & æternorum Curam negligere.

plantant hortos &c: & de poſſeſſione æterni Regni minùs cogitant, manſionem ſibi in Cælo non parant, & delicias perpetuas non provident, toti, ad vitæ usq́ exitum, ſtudiîs felicitatis tranſitoriæ immerſi. O quæ eſt iſta, & quanta inſania! Detonat in illos ſtupens Divus Cyprianus lib: de mortalit: *Quæ cæcitas animi! quæve dementia eſt? amare preſſuras, & pœnas & lacrymas mundi* (cum quibus utiq; ſolatia hujus vitæ conjunguntur) *& non feſtinare potiùs ad gaudium, quod nunquam poſſit auferri.* Hoc *autem ſit Fratres dilectiſſimi, quia fides deeſt; quia nemo credit vera eſſe, quæ promittit DEUS.* Diez quoq; acri-

 ùs

ùs perſtringit Con c: 21. Pe-
tec: adhærentes bonis mun-
di, rejectâ curâ perennium
bonorum. *Mirabile eſt,* in
quit, *quo impetu grandis
fluvius currat, quocunq; in-
tret in mare; perrumpit o-
mnia retinacula, nec ullô ar-
tificiô à ſuo curſu impediri
poteſt. Majorem habet ani-
ma inclinationem ad Beati-
tudinem, & tamen quæcunq;
nuga detinet eam in curſu
ſuo ad DEUM abyſſum dul-
cedinis.* Didacus etiam Stel-
la c: 56. per ſimilitudinem
ſtultitiam hominum expo-
nit, qui vilia mundi ſola-
tia ſolicitè inveſtigant, &
cum immoderato affectu
amplectuntnr, & ad peren-
nes in Cælo voluptates, nec
aſpirant, nec feruntur. *In-
fans*

*fans, ait ille, tenebroſo natus
carcere, ludit, jocatur, læta-
tur, quia quid ſit lux igno-
rat. Mater autem, cui lucis
ſuavitas nota fuit, lamenta-
tur triſtis; ſic, quia parum
ſcimus de ſpiritualibus & æter-
nis; ut parvuli in ſervitute
& obſcuritate enutriti, ſen-
ſibilia amplectimur, exilium
patriam æſtimamus. Filii
Iſraël in ſervitute Ægypti na-
ti, & educati, nihili fecerunt
terram deſiderabilem* Pſ: 105.
v: 24. *quare ſæpius in Ægy-
ptum redire voluerunt. In
peccatis oblectamur, vanis
gaudemus: quia bona æterna
non guſtamus. Sancti qui a-
nimô in Cælis erant, ſuſpira-
bant & flebant.* Acquire
bone adoleſcens, cum ſtu-
dio literarum ſcientiam San-
ctorum

ctorum, ut apprehendas, & noſcas bonorum æternorum felicitatem, & non implicetur cor tuum vanîs mundi ſolatiîs. Dum hanc ſcientiam è Scholis efferes, & conſervabis, non te pertrahet voluptas unquam ad peccatum, ut à DEO ſummo bono tuo avertat, non reſolves te ad nefas propter ſenſuum oblectamenta, ſciens quantîs bonîs in Cælo te illa privarent, non te impendes curis temporaneæ felicitatis, neglectâ curâ æternæ beatitudinis, nō adhærebis inanibus, & futilibus mundi gaudiis, noſcens quod hæc umbra ſint reſpectu perennium.

Scito, punctum eſſe mundum hunc & terram, reſpectu cæli vaſtitatis & immenſitatis.

tatis, quod tamen punctum ferrô & armîs dividere poterant incauti mortales, de Cælo inter ſe dividendo, parum ſoliciti. Et hoc ideò, quia ignari Cæleſtium ſunt, & Aſtrologiæ parum periti, & in Geographia, plus æquo verſati. Fuiſſe olim quempiam ſapientiæ candidatum narrat Lobbetius *qui primò Geographum adiit, petiitq́; per orbem ſe ſe compendiô duceret, doceretq́; varias regiones è charta noſſe. Mox ille hominem ad ingentem tabulam eduxit, & ſermocinãte manu, hic Europam, & Africam, iſtic Aſiam, & Americam oſtendit, unoque quaſi ſub aſpectu, & Urbes & Provincias, & Regna omnia mundi, & flumina, &*

 maria

Maria poſuit, & in parvo mundo magnum. Eô auditô, ad Aſtrologum deinde deflexit Candidatus ille, rogavitq; ut Cæleſtium orbium compoſitionem ſibi explicaret. Fecit ille, & ingentem ſphæram verſare cæpit, in eaq; oſtendere circulos varios, alios atq; alios motus, ſolis, Lunæ, ac Planetarum curſus; quos dum avidus contemplatur, advertit in ſphæræ medio ſeu centro, globum omnino parvulum, qui vix nucē æquaret. Tum quærit ex Aſtrologo: Ecquis iſte globus? Terra eſt, inquit ille. Hic diſcipulus hærere, ſtupere, & Magiſtro ſuo propè inſultare. Ecquid enim, ajebat, tantula tibi terra eſt, at certò longè major. imò maxima Geogra-

pho.

pho. Hic ſubriſit Aſtrologus, & ſic ad diſcipulum. Multum, inquit, intereſt Geographum inter & Aſtrologum; ac tantùm ferè, quantùm Cælum inter terram: certè tantùm, ſi ſtudia ſpecles, quæ tractant, ſi res ipſas. Geographus enim, terram, Aſtrologus Cælum oſtendit: illi terra magna eſt, quia terram tantùm aſpectat; at huic terra minima, & propè punctum eſt, quia Cælos ſpectat, Cælos meditatur, & præ his; illa, ex vero punctum eſt. Hæc ille, ex quo, cum citato Authore, ad rem meam id conficio. Quòdſi terra punctum eſt; ecquis in illo ludat improbè? Ecquis illud æſtimet? ecquis illud ambiat & quærat? Nemo ſanè, ne-

Modiciſſimū, quid; omnia terreſtria bona, reſpectu Cæleſtium.

mo

mo unus omnium, ſi modò ſapiens eſſe ac videri volet. Nemo, ſi Aſtrologiæ veræ, id eſt Cæli ac Cæleſtium ſit Studioſus: at ſi Geographiæ ſtudeat, ſi terræ totus incubet, ut ex ſe, & in ſe punctum ſit, magna nihilominùs videri poterit, in ejus ſcilicet ſenſu, atq; opinione; ſed longè falſiſſima. Talem terram Aſſeclis ſuis ac diſcipulis exhibet Diabolus, Geographiæ peritiſſimus, & talem exhibere voluit ipſi etiam Chriſto Salvatori, cui velut in tabula *oſtendit omnia Regna mundi, & gloriam eorum, & dixit: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me* Matt: 4. Sed non fruſtra Regna mundi contemnebat Rex Cæli, & eorum

eorum gloriam pro nihilo ducebat, qui unicam Patris gloriam requirebat. Cõtemnere & te docet bone adoleſces, ad cæleſtiũ cognitionẽ te erigens, per quam videas, modicum & inane quid, eſſe terram bonaq; ejus. Hæc cogitatio Iuvenes plurimos ad contemptum mundi compulit, & clauſtra Religioſa implevit illis, impletq;. Hanc & tu dum menti tuæ imprimes, vel deſeres ſæculum, ejusq; vaniſſima ſtudia, ut liberiùs æternorum curæ te dones; vel ſi à DEO ad Religioſum ſtatum non vocaberis, utêris hôc mundo (prout hic alibi dictum) quaſi non utaris, animum & cor bonis temporaneis non apprimendo, verùm in uſu horum

rum, illud, & illum ad Cæleſtia bona elevãdo ſemper.

10. Audi S. Thomam de Villa nova, monentem te & docentem Concione de Aſſumpt: B M V. *Agite in terris, quod ſemper, acturi in Cælo eſtis.* Et conſidera non aliam eſſe occupationem in cælo Sanctorum, quàm videre & amare DEUM. eumq; laudare. Ut ergo hæc agas ad Beatitudinem tuam in Cælo, hic agere incipias. Nam per ea, quæ hic agimus pro gloria cæleſti, hæc poſſidetur. Stultiſſimus ſanè ille eſſet Juvenis, qui in nobili & locuplete paterna domo, ex qua Anteceſſores ſui Heroës bellô inſignes prodiêre, & Senatores pro bono publico facundi, ipſeq; inſi-

Id agendum in terris quod facturi ſumus in Cælis

ſiſtendo Majorum ſuorũ veſtigiis, & ſublimi ſorti naſcendi cõ operando, deberet ſe in illis exercere, tum expoliendo eruditione ætatem ſuam, tum poſtmodum armîs tractandîs exercendo; ille autem neglectîs hîs, ad quæ illum natura protulit in lucem, & educatio parentum inſtituere intendit, humili & abjectæ agriculturæ ſe impenderet, diſcendo terram colere, aratrôq; ſcindere, meſſem falce demetere, aut ſutoriæ, vel ſartoriæ arti perdiſcendæ ſe daret, nunquã agriculturam, vel eas artes mæchanicas ad praxim in maturioribus ſuis annis reducturus. O quàm inſipiens eſt! qui per totam æternitatem ſperans non aliud

aliud ſe negotium habitu-
rum, quàm laudare DEUM,
hunc videndo & amando;
& tamen in laude DEI
nullus eſt vel modicus, totus
autem eſſe vult in gloria
vana ſectanda, amicitiîs &
favoribûs humanis aucupan-
dîs, totumq; ſe conſecrare
veluti intendit tranſitoriorũ
bonorum ſtudiis, & jam
hîs animum agitat, jam ad
illa ſuſpirat, jam ad illa ac
quirenda vires colligit, &
induſtrias exerendas parat.
Adverte per DEUM o Ju-
venis! qui talia mente vol-
vis, quia non in his per
æternitatem tua erit occupa-
tio, ſi felix eſſe æternùm
geſtis. DEUM quære, ut
hunc æternùm obtineas,
cæleſtia meditare, ut hîs in

æternùm frui poſſis. Non ſit
alia occupatio tua in terris,
quàm in omnibus & per o-
mnia ſpectare DEUM, eumq;
amare ſemper, ut ad viſionẽ,
amorẽq; illius pervenias per-
petuum. Adquid aliîs occu-
pari debes in hac vita, tibi
in altera non profuturîs, &
in ea ad praxim non deducẽ-
dîs? Recedant itaq; à te omnes
vanæ intentiones, omnia in-
ania ſtudia, omnes futiles cu-
ræ, omnes inutiles labores,
omnes non proficui tibi ad
æternitatem beatam amores,
DEUSq; planè mentem &
cor tuum poſſideat hîc, ut
tu illum poſſidere poſſis in
perpetuum, illeq; te poſſide-
at perenniter, te deliciîs ine-
narrabilibûs replens.

Adora SSmam Trinitatem

CONSIDERATIO 9.

DEUM ac Dominum tuum, ſummumq; ac unicum Bonú tuum, converſîſq; ad cælum oculîs; exclama corde. *Quàm dilecta tabernacula tua Domine? concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. O quando liberabis me de corpore mortis hujus! O ſancta Patria quando ad te perveniam! Quid mihi cum terra? Te DEUS videre, te amare, tê frui, & poſſidere volo in æternum. Anhelo ex hoc exilio ad Patriam Cæleſtem, ad Civium ſupernorum Societatem. O Cives Sancti! jam cum DEO regnantes & gaudentes, ſuſcipite me in conſortium veſtræ felicitatis! Iuvate me Veſtrô patrociniô, ut vobiſcum in æternũ amare & laudare poſſim DEUM noſtrum.*

BIBLJOTEKA

ERUDITIO SPIRITUALIS

PER DOCTRINAS PRACTICAS

Jn præcipuis materiis Salutem æternam concernentibus.

JNSTITUTIONI JUVENTUTIS

PROPOSITA

Ab ea ſenſim relegenda

Vel eidem interdum prælegenda.

DOCTRINA I.

De directione noſtri, per Jntentionem, ac omnium nos concernentium, ad finem ultimum.

OMnibûs noſtrîs dictîs, 1.
factîs, & omni cogitatione noſtra, omnîquè eô, quod nos pati quomodocunq;, vel à quocunquè, vel ab aliqua circumſtantia, contingit, ſive quê nos ipſi ſpõte affligimus, debemus tendere ad DEUM obtinendum, dummodò illa à peccato ſeparentur, nam per illa poſſumus mereri gloriam Cæleſtem. Sed ut hoc fiat, ad id intentio eſt neceſſaria,

per quam illa DEO offerantur, & propter illum agantur vel admittantur. Hæc proinde quolibet mane, pro tota qualibet die, accuratè & exactè facienda. Praxis porro illius hæc poteſt eſſe.

Praxis intentionis quotidianæ.

SAnctiſſima TRINITAS DEUS meus: Ego ſervus tuus, me totum, & omnia mea, totam ſubſtantiam, ac vitam meam, & omnes actiones; paſſionesq; meas totius vitæ meæ, in ſpecie verò, omnes hujus diei, tam ordinarias, quàm extraordinarias, impræſivè incidentes, omnes quoquè earum circumſtantias, omnibus & ſingulis ſpecialiter inſertas, minimasq;

particulas earum, & momenta, mutationesq; ſingulas: creaturæ quoq; tuæ cujuslibet ſubſtantiam, actionem, paſſionem, momentum, atomum, circumſtantiam quamlibet, tibi, pro me offero, proquè omnibus creaturis, quas mihi imperſono, ut te; cum illis, ac in illis omnibus laudem, & hoc facio ſemel pro ſemper. 1. Principaliter: ut intentiones tuas Divinas, voluntatesq; ac guſtus tuos, quos vis habere ex me, approbem, impleam, honorem, imiter. 2. Utq; intentiones IESU Chrſti omnes, erga te, erga ſe, erga nos habitas, honorem, æmuler, impleam. 3. Tum verò ſecundariò ad hoc, ut tibi pro omnibus & in omnibus creaturis, & per has omnes,

amorem, laudem, adorationem, exaltationem, obedientiam, timorem, fiduciam, reverentiamq; debitam exhibeam, non exhibitamq; ſuppleã. 4. Ut gratiam, item actualem, habitualemq; gloriam quoque ſubſtantialem & accidentalem omnem in Cælo promerear, ad eamq; me in omni meo, & cujuslibet creaturæ actu, quomodocunq; bono, & à me nunc aſſumpto, ſpecialiter autem in omni Eccleſiæ ſacrificio dicendo à Sacerdotibus, & à me, ab aliisq; audiendo, in omni quoq; ſacramento à me recepto, ac recipiendo, promerendam; recipiendamq; amplius diſponam, eamq; finaliter, ſicut tu ſcis, & vis, obtineam. 5. Ut juvem animas in purgatorio exiſtentes,

& pro his Iuſtitiæ tuæ ſatisfaciam, præſertim animas illas, quæ à nullo ſuffragium habent, & animas N. N. ac ut ſatisfaciam pro peccatis meis, & aliorum. 6. Ut impetrem omnia omnibus, quæ tu Domine vis, ſcis, potes, nobis creaturis tuis neceſſaria: Nominatim, ut impetrẽ Eccleſiæ tuæ Sanctæ dilatationem, infidelitatis exſtirpationem, Hæreticorum converſionem, Patriæ meæ pacem, gloriæ tuæ in ea propagationem, & in ea animorum concordiam. Ut etiam impetrem peccatoribus pænitentiam veram, & emendationem vitæ, innocentibus conſervationem innocentiæ, afflictis ſolatium, pauperibus vitæ ſubſidia, Parentibus meis vi-

tam longam (ſi ita tibi placet) & valetudinem firmam curamq́; ſalutis ab iisdem, Fratribus, conſanguineis, & amicis & Benefactoribus meis, ſtudium virtutis Chriſtianæ, ſtatui illorum debitæ. Mihi autem ut impetrem horrorem peccati mortalis, & venialis deliberati abominationem & fugam, profectum in probitate & ſtudiis, victoriam tentationum, amorem tui ſincerum & ferventiſſimū & Sanctiſſimæ Matris propter te, notitiam de ſtatu meo, in quo ſalutem æternam cōſequi debeam; juxta præviſionem & deſtinationem tuam, & iſtius ſtatûs à me electionem; ut demum impetrem mihi à te gratiam finalem, aliaq́; dona, quæ noſti mihi

neceſſa-

neceſſaria & proficua ad ſalutem meam. 7. Ut compēſem & ſuppleam omnia mala, omnes neglectus, omnia damna noſtra, tibi Sanctiſſimo perfectiſſimoq́; DEO noſtro, quovis modo in quovis ex nobis diſplicita. 8. Ut gratias agam pro omnibus beneficiis gloriæ, gratiæ, naturæ, ſuper nos, omnes & ſingulas creaturas tuas, à te profuſis. 9. Ut adorandam voluntatem tuam omnem expleam, eiq́; me conformem ſemper omnî poſſibilî modô. Et hoc quidem ad ſaginandum guſtum tuum divinum, cum millies millies majori proportionaliter fervore, ac ferventiori excitatione, cujuslibet atomi & momenti, ſuper aliud, cujuslibet actionis, atq́; paſſionis ſuper

aliam

aliam, cujuslibet circumſtantiæ ac mutationis ſuper aliam. In unione pretioſiſſimi Sanguinis meritorumque IESU Chriſti, Pretioſiſſimæq; ejus Parentis, Sanctorumq; omnium triumphantium, ac militantium, quia ita vis, & dignus es, DEUS meus: & quia ego ita debeo velle, voloq; debere tibi uni trino DEO meo. Propter nullum bonum meum, quatenus meum, ſed propter bonum tuum: quatenus tuum: ad exaltandum te, juxta menſuram dignitatis tuæ; ad humiliandum me juxta menſuram indignitatis meæ, in æternum, & ultra, quamdiu tu DEUS eris DEUS.

2. Talî vel ſimilî modô quotidie mane intentione facta,

ta, non debemus eſſe contenti, ſed ut uberiorem meritorum meſſem colligamus, ad ſingulas actiones inchoandas, & ad ſingula, quæ nos pati continget, eandem renovemus breviter, uti eundo ad ſcholam, deſcendendoq; ante ingreſſum hujus ad viſitationem Sanctiſſimi Sacramenti, adorationeq; huic facta genu Cæleſtium, terreſtrium, & inferorum, offerri poteſt ſtudium literarum in palæſtra, ſic: *Propter te, & propter amorem tui Domine, uti omnia volui, & volo agere, ita etiam nunc volo me ſtudiis impendere, ut hîs inſtructus, perfectiûs te agnoſcere, tibiq; ſervire poſſim. Tu me adjuva gratiâ tua, & benedic*

Intentio per diē renovanda.

dic labori meo Scholaſtic
Fer etiam auxilium mihi a
illum Sanctiſſima Mater, &
Domina mea uti tuliſti B
Alberto magno & aliis; u
Filium tuum, & Te æſtima
re, laudare, Illiq; ac Tib
propter Illum, quàm optim
obſequi ſciam. &c. Ante au
tem alia agenda, nempe ant
ſtyli Scholaſtici elaboratio
nem, quæ vulgò vocatu
accupatio, ante dandu
memoriæ, quidpiam deſt
natum à Profeſſore, ante c
rationes perorandas in pu
blico, ante relaxationem an
mi, ſcilicet ante deambula
tionem, ante luſum hone
ſtum & uſitatum, ante ref
ctionem corporis, ante ſom
num &c: &c: breviſſimè in
tentio renovetur, ſic vg
Pro-

ropter te, propter amorem
ui Domine, tuæ laudi, uti
mnia conſecravi, ita & i-
ud conſecro &c: Aſſveſcere
oſſumus intentioni reno-
andæ, etiam in ipſis acti-
nibus (quod eſſet cum ma-
no meritorum noſtrorum
ncremento) identidem mē-
e repetendo: *Propter te, pro-*
ter amorem tui &c. Et ta-
iter renovandæ intentioni
aſſveverat B: Aloyſius Gon-
zaga, cujus menti, ferè ad
ſingulos verſus, dum lecti-
ones dictatas à Profeſſore,
calamô exciperet, obverſa-
batur illud: *Propter te, pro-*
pter te. Diſcamus etiam, in
ſubitaneis actionibus, & mo-
leſtiis quibuſcunq;, ad DE-
UM mentem elevare, illas
non cæco impetu arripien-
do,

do, has non ſerendo impati
enter; vel ſinê reflexione to
lerando, ſed tã illas, quã ha
DEO offerendo, per uſitatum
Propter te, propter te.

3. O ſi taliter intentionum
eliciendarum induceremu
praxim, pro tota vita? &
peccata deliberata vitare
mus, & in indeliberata cade
remus rariùs, & merit
abundantiſſim colligeremus
& præmia locupletiſſima in
cælo, ſublimemq; in ho
gloriam obtineremus. Se
ob defectum intentionis re
ctæ, à pluribus multa com
mittuntur abſurda, & indi
gna, cum offenſa DEI, dum
reflexione deſtituuntur, quò
omnia propter illum ager
teneantur; & ſic vanitatibû
abrepti, voluptatibûs ille

cti, tentationibûs dæmonis pulſati, pravîs naturæ inclinationibûs inducti, agunt plura cum nocumento animæ ſuæ, á fine ultimo aberrantes. Multos etiam reperies qui magno ac arduo labori ſe impendunt, & in hunc vires omnes exerunt, ſuſtinentq; plurima adverſa, pro quibus omnibus his & illis, grandem pretioſorum meritorum theſaurum colligere poſſent; ſed quia hæc per intentionem ad DEUM non dirigunt, nullam hanc illis præfigendo, nullamq; manè inſtituendo, omnis illorum graviſſimus labor, quô vires & vitam exhauriunt, in vanum abit, nihil enim ſibi illo pro æternitate lucrantur; omnis quoq;

Ex defectu intentionis magna mala proveniunt & detrimenta.

illorum adverſitas, tribulatio, afflictio, anguſtia, dolor &c in caſſum toleratur Et ita infelices ſunt plerūq rudes coloni, ſimplices artiu mæchanicarum fabricatores irreflexi ad divina milite gregarii, ſervi dominorum animæ bonorum incurii, & alii non pauci, etiam in cultioribus ſtatibus. Vivuntq; licèt ejus modi homines diutiſſimè, inter labores & ærumnas continuas miſeram ætatem tranſigendo modica tamen colligunt merita cæleſtia, ſatìsq; illis erit ex ſuis operibus arduis, ſuisq; adverſis ærumnoſis, aliquid referre emolument temporalis, & tranſitorii, & hóc donantur.

4. Alii reperiuntur quàm plurimi,

plurimi, in omni quidem ſtatu hominum, ſed præcipuè ſupra humilem & abjectum elevato, qui èx intentione quidem plura operantur, & tolerant, verùm ex intentione non DEUM ſpectante, ſed vana, quaſî, vel totaliter ſuas actiones dirigunt, vel etiam intentioni rectæ admiſcent, & id circo hanc corrumpunt. Jn tales invehitur S: Bernardus de hum: miſer: *Vides miſer homo, quia totum; eſt vanitas, totum, ſtultitia, quidquid facis in hoc mundo; præter id ſolum, quod in DEUM, vel propter DEUM & ad honorem DEI facis.* Miſeri ſane, & ſtulti ſunt omnes illi, qui negotia publica, ſive Eccleſiæ, ſive Regni, ſive Regum, vel

Miſera ſors eorum, qui ob vanos ſines, & nō propter DEUM, agunt & patiuntur

 Princi-

principum ſuorum tractant; aut qui Magnatum imperiis, ſeu ſtndiis, ſe devovent, aut qui in Judicum ſubſelliis, ſententias ferunt, aut coram his pro cauſis perorant, vel in eas detonant; aut qui, rem familiarem adminiſtrant, aut qui Nomen ſuum militiæ ac ſuos ſudores cum ſanguine, vitâquè conſecrant; aut qui doctis impalleſcunt libris, & in ſcientiis acquirẽdis vigorem ætatis conſumunt; miſeri, inquam, ſunt hi omnes, & quicunq; alii, qui ſive in privato, ſive in publico, laboribus quibuscunq; vires animi, vel corporis, vel utrasq; impendunt, ſi ad DEUM per intentionem rectam, hîs geſtîs à ſe, non collimant, ſed illîs vanam

nam gloriam, æſtimationem sui, gratias humanas, venantur, vel vanô in illis placẽdi aliis ſtudiô deſudant, vel etiam lucra temporalia per illa inveſtigant ita, ut in his ſiſtant, DEUM neutiquàm reſpiciendo. Laſſantur in ſuis actionibus, vigiliîs ſe torquent, inediîs macerant, itineribûs arduîs & longinquîs concutiunt, ut negotium ſuſceptum perficiant; mole curarum caput obruunt, tempeſtate cogitationum jactant animum, violento conatu robur corporis frangunt, ut operi deſtinato imponant manum. Et quid emolumenti ex tot, & tantis diſpendiis ſortiuntur? Nihil, nihil plane, præter meram vanitatem, cui ſe tanto

to niſu totos impenderunt. *Referunt Annales Veterum*, *de quopiam mercatore Ethnico, qui dum onuſtam pretioſîs mercibûs navim mari commiſiſſet, dumq; jam procul à littore. obſequente ſibi ventorum clementia, conſtitiſſet, ac tunc illi in furores acti ſæva tempeſtate, ad funeſtam luctam ſpumantes fluctus adegiſſent, conſternatus ille imminentî naufragiô fortunarumq; cum vita jactura in caput ſuum impendente à ſuperſtitioſo vate, qui fortè in eadem navi præſtò erat petit conſilium turbata mente; quô pactô placari æquoris violentia poſſit? Qui impium profert oraculum, non aliter Neptuni iras mitigandas, niſi mercator filiam unicam*

nicam, quam in navi habuerat, litaret Numini. Exhorreſcit ille quidem ad tam ferale edictum, ſed metum comprimente amore vitæ ſuæ, & ſuarum fortunarum, præelegit dilectiſſimâ ſe immaniter privare filiâ, quàm, & hanc, & ſe, omniaq; ſua, ſinere undarum voragine abſorberi. Itaq; tremula manu (dum natura trepidaret ad enorme facinus) ferrum arripit, eôq; tenera puellæ trajicit viſcera. Qua innocenti victima placatum nefarium Numen, ſeu potiùs dæmon, mendaci Numinis veſtitus nomine, cõponit ſubitò fluctus, redditq; mari malaciam. Videnſq; infelix genitor, ventorum ſedatas furias, & irriguos lacrymis oculos in filiam exanimem

mem conjiciens, exclamat cũ dolore: Heu cruore ventos emimus! Sanè jure ingemiſcere, ac lamentari deberent omnes illi, qui in arduis negotiis, vitam cum ſanguine expendunt, propter vanam gloriam, vel favores humanos vel alia quæcunq; ſejuncta à DEO. Quìd enim ſunt iſta omnia niſi ventus? ad quæ deſideriîs abripi nihil aliud eſt, niſì ventô ferri, atteſtante Propheta: *Quaſi ventus eſt deſiderium meum* Iob: 30. Et ita defactò cum gemitu exclamabunt illi, dũ ad portas mortis conſiſtent, & æternitatis januam ſubibunt, vacuosq; ſe meritîs gloriæ Cæleſtis advertent, evaneſcentibûs omnibûs illîs, vel jam pridem evanidîs,

DOCTRINA I.

propter quæ actiones vitæ ſuæ exhauſerunt: *Heu! cruore ventos emimus.* Vitam totam, ejusq; munia (dicet non unus) tot, ac tantis impendi curis & ſtudiis, in iisq; corrupi ſanguinem, vel profudi, & cui bono? ah nulli? nihil enim invenio in manibus meis præmiîs cæleſtibûs dignum. Ventum captabam nonniſi & prehendebam meîs laboribûs, & cum illo omnis merces mea evanuit.

5\. Adhuc invenires intentiones non paucorum, actionibus ſuis præfixas, quæ nõ excludunt quidem DEUM penitus, ut ſuperiùs poſitæ; ſed ad hunc collimant, verùm ita, ut non hunc ſolum pro meta habeant, ſed etiam

Damna ex Intentione ſana, recta, ſe immiſcentе.

alia temporalia & vana. Audiant tales mandatum Salvatoris dicentis Mat: 6. 19. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.* Nulla ſana utilior lex. Nobis enim conſulit non ſibi, quando ideò proſcribit theſaurorum congeriem in terra, quòd eos aut ærugo conſumat, aut fures ſuffodiant. Ergo ut noxia non ſit talis opum coacervatio, inutilis certè eſt. Nã, aut alienorũ patet inſidiis, aut ipſa ex ſe parit raptores ſuos. Quid, quòd mendacẽ Dominum facimus, quando etiam in iis, quæ theſaurizamus in Cælo, tineas, & æruginem cogit emergere cupido theſaurizandi ſuper terram? dum nimirum hæc & illa agimus ad cultum & gloriã-

gloriam DEI Maximi, quæ utiq; theſaurus cæleſtis ſunt? ſed dum hunc & cælo inferre volumus, & in terra refodere, nempe dum propter DEUM agenda aggredimur, & ex vana terreſtri intentione, corumpitur, & perit facilè hic theſaurus noſter in terra, nobisq; non reconditur, nec aſſervatur in cælo. Et ita exeduntur dicatæ à non nullis DEO aræ, ſi has, ad nominis immortalitatem, teſſerîs & elogiîs ſuîs ambitioſè fædant, etſi gloriæ inaniſſimæ votô; eas aurô, gemmîsq nobilitant. O monſtra! etiam cùm theſaurizare videmur in cælo, in terra demẽtiſſimè theſaurizamus. Famã comparamus, dum Numini opes immolamus. Gloriæ, plauſi-

plauſibusq; ſtudemus, dum Chriſto obſequimur: Usquê adeo proſerpit lues iſta coacervandi in mundo, ut nec cilicia tuta ſint à tineis, & ærugine jejunia exedantur, & orationes rubiginem contrahant, quæ illas depaſcatur. Mortificatione corporis te caſtigas, & piîs operibûs fatigas. Aſt, dum, ut videaris ab hominibus, iſta præſtas; quando theſaurizare hæc intendis in cælo, ſimulq; taliter in terra theſaurizas, in hac corruptioni ſubjacent & jacturæ. Idem dicendum de aliis quibuscunq, quæ agimus, vel patimur, dum DEO hæc ſacramus per Intentionem matutinam, quando intentio terrena in tractu illarum, i-

pſi ſe innuat, ſcilicet vanum placendi hominibus ſtudium, favor, aut gratia quæſita apud eosdem, aut quidpiam aliud terrenum & temporaneum; qui protunc theſaurum noſtrum (quô vitam nobis æternam comparare poteramus, & ſublime in hac comparare faſtigium) terræ mandando, inutilem nobis reddimus.

Videntur ſimilî modô colere DEUM illi, qui per ſuas actionis intendunt illi gloriam & honorem tribuere, ſed etiam vanitate aliqua ad illas ſuſcipiendas, vel proſequendas, ducuntur. uti Philiſtiim olim coluerant Arcam Teſtamenti: De his 1mô Reg: 5. ver, 2. Sacra hiſtoria ſic habet: *Tuleruntq;* 6.

Comparatio, eorum, qui recta intetioni vanam immiſcent, cum Philiſtiim Dagon cum Arca colentibꝰ

Philiſtiim Arcam DEI, & intulerunt in templum Dagon. & ſtatuerunt eam juxta Dagon: Quàm multos, & videmus, & dolemus, qui Chriſtum admittunt in intentionibus ſuis, ſed cum Dagon. Et ambitioni ſuæ, & JESU, thus adolent. Utrumquè utriq;. Cùm autem: unum cor habeant. duplex Numen poſſe amari à ſe autumant. At innovantur, quæ tunc evenire prodigia, ſed portentoſiùs. Non enin ad Arcæ viciniã Dagon ruit, & frangitur; ſed coram Dagon arca procumbit, & frangitur. Nempe, dum tibi ad cultum per intentionem ſtatuiſti JESUM, Arcam novi teſtamenti (juxta Hilarium,

Cyril-

Cyrillum & alios) in qua ſunt omnes theſauri ſapientiæ recondiri, & locaſti etiam tibi Dagon per eandem intentionem, (nimirum delubrum aliquod vanitatis) proturbaſti eô ipſo Arcam, nimirum Chriſtum. Si vis, ut ſtet JESUS, cui honorẽ reddere vis, per tua opera, dejice Dagon, nempe vanitatem. Conſortem talem Numen non patitur. Solitarium adorari cupit. Si non removes à tuis intentis Dagon, DEUS ab his, & à te abſcedet.

Sunt quidem plures, qui 7.
excluſo Dagone, ſolum recipiunt in domo ſua Chriſtum, ut exceperat ille Phariſæus, de quo Lucas c. 7. v. 36. *Rogabat illum quidam de*

Phari-

Phariſæis; ut manducaret cum illo. Verùm, ut Chriſtum recepit, illicò eum ſpernere cæpit, & mordere pænitentem Magdalenam: *Hic ſi eſſet Propheta; ſciret utiquè, quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum.* Eccleſiam adeunt aliqui ad deprecandum in ea Dominum. Vix orationem Dominicam cum aliquo ſenſu pietatis decurrunt, cùm eos videas, oculîs per templum vagari, ac vanè, ac futiliter ridere, & irridere alios, etiam DEO ſupplices, & alloquiîs inanibûs, at ſacro loco non competentibûs, aſſidentium ſibi orationes diſtrahere, mentemq; horū, & linguam à Divinis laudibus avocare; advertes aliquos

Vagi in templo oculi, riſus & colloquia in eodē, â nodis abellunt DEUM

quos

quos in Domo Domini exhorrentes non peccatores modò, ſed etiam pænitentes, cenſoresq; horum, qui longiorem moram expiandæ impendunt conſcientiæ, aut frequentiùs, in tribunali pænitentiæ ſe ſiſtunt, non raròq; ad menſam Euchariſticam accedunt. Hi, qui talibus ineptiîs, & aliorū deſpectu ſacrata DEO templa profanant, etſi illa ad DEUM exorandum adeunt, & Dagon in illa non inferunt, ſed mox per illos actus, illum adſciſcunt, & ſtatuunt penes Arcam; Chriſtum, cum hujus irreverentia. Adeoq; hic, tanto ſûi dishonore, dicatiq; ſibi ſoli loci, proturbatus, recedet ab illorum orationibus, & ab

illis

illis ipſis elongatur, cum
etiam cor illorum, longè ſi
à DEO, quem labiis hono-
rant tantum.

Aſſveſcite Domini mei
in ſcholis, delubra hæc a
intentionibus veſtris exclu
dere, ſed quæcunq; agitis
propter ſolum DEUM agi
te, ita, ut nullum vanitati
delubrum actiones veſtra
ſubintret. Obverſabuntu
ſæpiſſimè, dum terminabiti
literarum ſtudia, in negotii
præcipuè publicis à vobi
tractandis, in muniis ſe
ſacris, ſeu profanis, præ
ſertim ſpecioſis, & plauſibi
libus obeundis; obverſabun
tur, inquam, vobis, &
ultrò obtrudent, delubra va
nitatum. Repudiare illa,
discere, ut noveris pr
tunc

tunc, diſcite in ætatis veſtræ
primordiis inſinuantia ſe,
propulſare, tum ab his, quæ
DEUM immediatè concer-
nunt, nempe à piis Numi-
nis obſecrationibus, ſacra-
mentorum uſu, eorumq; fre-
quentia, ab attenta & de-
vota in ſacrificiis præſentia
etc: tum ab iis, quæ ad
DEUM ordinari debent; à
ſacræ & profanæ eruditio-
nis ſtudio, à ſtylo exercen-
do, à facundia expolianda,
ab argumentis combinandis
& formandis &c. Perpendi-
te dicta D. Chriſoſtomi Hō.
12. in 1. ad Corinthi:
*Quomodo non eſt hoc extre-
mè hominum mente corru-
ptorum, gloriam quærere? cū
oporteat ad oculum DEI, qui
ſemper eſt inſomnis, con-*

X *fugere*

fugere, & ad illius ſententiam omnia dicere, & facere. Nam iſti quidem, etſi laudaverint, nihil vos juvare poterunt. Ille autem, ſi ea, quæ fiunt fuerint ei accepta, & hic reddet claros, & illuſtres, & in die futuro impertietur bonis ineffabilibus.

* * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *

DOCTRINA II.

De eligendo vitæ ſtatu in quo obtineatur Finis ultimus, adeoq; ſalus æterna.

1. CErtum eſt, quia ſuppoſita Catholica fide, quilibet in quolibet ſtatu, ſalutem æternam conſequi poteſt. Cùm enim juxta Hugonem Conch: in Pſal: 18 *in quocunq; ſtatu homo poſitus fuerit, quàm diu cor ejus* ei,

In quolibet ſtatu poteſt quisq; Salvari.

ei, & reſpirat, nunquàm ſe excuſare poterit, quòd DEUM amare nequeat, & proximum propter ipſum: conſequenter non poteſt prætendere rationem ſtatûs, in quo exiſtit, quòd in eo non mereatur ſalutem æternam; nã hæc ab obſervatione iſtius præcepti pendet, à quo juxta effatum Salvatoris, *omnis lex pendet; & Prophetæ* ſeu, quô obſervatô, omnes aliæ leges obſervantur. Sed licet certum ſit, quòd in quolibet ſtatu ſalutem æternam conſequi poſſumus, nihilominùs, & hoc certum eſt, quia non in quolibet illam quisq; conſequitur; verùm in eo tantùm, quem DEUS prævidit ad ſalutem ſuam congruum, & quem eo fine nobis

Sed non Salvabitur in quocunquè.

bis deſtinavit. Jn particulari (alloquor te, quicunq; es, non habens adhuc determinatum vitæ tuæ ſtatum, & pronuntio tibi) omnino potes ſalvari in ſtatu Religioſo, ſive ſtrictiori, ſive laxiori, ſive in hoc, ſive in alio quocunq; potes etiam ſalvari in ſtatu ſeculari ſpirituali, ſive eveharis ad Epiſcopatum, ſive aliîs Prælaturîs inſignitus fueris, ſive munus Parochi, aut aliud ſacerdotale obieris. Potes quoq; vitæ æternæ compos fieri, in ſtatu ſeculari non ſpirituali, ſive militiæ nomen dederis, ſive juri te impenderis, ſive aularum obſequiis addixeris, aut, ſive in cælibatu perpetuo, ſive in matrimonio te locaveris. No

veris tamen, quia non in quocunq; ex his ſtatibus ſalvaberis. Videt enim DEUS, quia non in quocunq; ſis illum amaturus, & proximum propter ipſum. Hæc eſt doctrina Sanctorum Patrum, quam experientiîs cōtinuîs, eorum, qui vitam æternam conſequuntur, & eorum, qui perditionem incurrunt perennem, comprobari adverteremus, ſi cæleſti Regno deſtinatos, vel hoc jam intrantes, aut ingreſſos, & in infernum præcipitatos, poſt mortem, aut ad illum reprobatos ſpectare liceret. Audiamus S: Gregorium l: 2. Epiſt: 61. ſcribentem ad Mauritium Imperatorem, eumq; reprehendentem, ob edictum,

quô militibus, ingreſſum in Religionem interdixerat, ubi S: Doctor hanc legem iniquam eſſe aſſerit; dans rationem: quia *nimirum per eam via Cælorum clauditur: quoniam licet multi ſint, qui etiam in ſtatu ſeculari bonam vitam ducere poſſint, pleriq; tamen, nisi omnia reliquerint ſalvari nullatenùs poſſint. Etſi enim vocatio ad ſtatum Religioſum ſit conſilium tantū, adeoq; per ſe, ſinè peccato, executioni non mandari queat; multi tamen damnantur ob peccata mortalia, in quibus eos DEUS morituros præviderat, ſi in ſtatu ſeculari morerentur, ad quod proinde exitium præcavendum; illos ad ſtatum Religioſum, vocaverat. Ut adeò meritò*

timeri poſſit, ne tales illa ſalvatoris ſententia comprehendat. omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cæleſtis, eradicabitur. Math: 15. Sicut autem hi, quos DEUS in ſtatu religioſo prævidit ſalvandos, non ſalvantur in ſeculari; ita è contra hi, quos DEUS prævidit in ſtatu ſeculari ſalvandos, ipſi autem ſtatum Religioſum amplectuntur, à ſalute æterna aberrant. Cùm autem ſtatus Religioſi ſint plures, & varii, pariter diſcurrendum, quod quando DEUS prævidit quempiam in hoc determinato ſtatu religioſo vg: S: Benedicti, vel S: Franciſci, vel S: Dominici, &c. vitam æternam obtēturum, ipſe autem aliumin-

Pericula Salutis incurrunt qui ſtatum vitæ arripiunt, non ex DEI vocatione, ſive hic ſit laxior, ſive rigidior.

greditur, & non deſtinatum ſibi à DEO, vitam æternam non conſequetur. Et ſicut tu qui elegiſti inſtitutum religioſum laxius, ſi DEUS tibi deſtinaverat ſa lutem in ſtrictiori, deviaſti à Cæleſti Regno, ita & tu, qui dediſti nomen familiæ religioſæ rigidiori, DEUS autem deſignaverat tibi mitiorem, nō poſſidebis in illa vitam æternam. Dic enim mihi (ait Annonymus) *an aliquid ſit magis periculoſum, quàm quòd quis ſibi, graviſſimum aliquod onus imponat, non habens vires, & ſufficientia auxilia ad illud ferendum? aut quid ſperari poſſit, de ingenti aliqua ædificii mole, in levi, & falſo fundamento extructi? Quæ igitur prudentia eſt, eū*

ſtatum

ſtatum amplecti, qui nec viribus, & facultatibus tuis cōveniat, ex quo non poſſit aliùd ſperari, quàm, quòd ipſum onus à te projicias, corruatq; ædificium cum jactura æternæ vitæ? Quàmvis enim verum ſit, nulli denegari auxilia neceſſaria ad ſalutem cōſequendam, noſtro tamen humanô modô loquendi, licet dicere: DEUM non teneri vires ſuppeditare ad onus portandum, quod ipſe non impoſuit, nec ſubſidia ad eum ſtatum, ad quem ipſe nos non vocavit. Quâ enim fiduciâ auxilium petes à DEO, ad calamitates & afflictiones occurrentes in eo ſtatu, quem, ut tuam ſequereris voluntatem, contra ipſius divinam elegiſti? aut quomodò habebis a-

nimū

nimum ab eo petendi ut eruat te è periculis, in quæ incideris officiô, quod ſola tua ambitione, nihili faciens voluntatem divinam, obtinuiſti: jure enim tibi reſpondere poterit, ut pro auxilio recurras ad eum, qui te vocavit, ut ab anguſtiis & anxietatibus liberet, qui te in illas conjecit.
Jn qua doctrina, habes luculentam informationem Scholaſtica Iuventus, habebitis & alii de ſtatu deliberantes, quod nec ſtatum perfectiorem eligere debeatis, repudiato imperfectiori, niſì ex DEI arbitrio, nempe quòd non eligendus ſit vobis ſtatus ſpiritualis ſecularis, neglectô purè ſecularî; nec etiam expediat à mandato ſtatu hoc utroq; ſeculari, ut

con-

convoletis ad Religioſa clauſtra, aut transeundo Religioſos ordines laxiores, ut apprehendatis inſtitutum vitæ rigidius; niſi vobis perſpectum ſit, quòd DEUS hanc vitæ rationem, & non aliam inſtituendam, ad ſalutem animæ veſtræ, determinaverit. Sin ſecus egerietis, errabitis à cæleſti *Regno*, etiamſi ad hoc capeſſendum, videamini viam arctiſſimam ſequi.

Hinc exploret unusquisq; veſtrum, divinam præviſionem, & deſtinationem de ſe, nullumq; vitæ tenorem arripiat præcipitanter, & ex proprio arbitrio, vel purè humano, Verùm à nutu Domini ſui in tanto negotio pendeat. Ad intelligendam

autem

autem Divinam voluntat
de ſtatu ſuo, adhibendi mo
di, per quos apud DEUM
impetremus, ut nobis mani
feſtare dignetur, in quonam
ſtatu vult nos ſalvos fieri
Modi autem hi ſunt ſequen
tes.

Modi impetrandi à DEO e lectionem ſtatûs vitæ, juxta i lius Sanctiſſimam voluntatem ad ſalutem animæ noſtræ.

2. *Ad agnoſcedā vocationem divinam curetur puritas conſcientiæ.*

Primò curetur puritas con ſcientiæ, cùm enim juxta ſapientem ſap. *In malevo lam animam* non intret *Sapi entia*, nec fas ſit, immundo ac ſpurco vaſi, balſamum pretioſum gratiæ divinæ committi, ideò præ omnibus mandata divina accuratè ſer vanda ſunt. Iuveni Evan gelico affirmanti. ſe præce pta

pta decalogi, ab ineunte æ tate obſervaſſe, dixit Chriſtus. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, & ſequere me.* Hinc laborandum, ut vocationem inquiſiturus, pravos habitus peccatorum (ſi quos fortè habet) deponat, & ſibi diſcat imperare. Hi enim vitioſi habitus, erunt ſtimuli ad peccandum, & conſvetudinem inducent alteram propè naturam; quæ ſicut delinquendo roboratur, in malo; ita animum ad bonum prorſus enervat, & oculum mentis excæcat, ut non videat, multò minùs probet, quæ ſit voluntas DEI beneplacens & perfecta. Evenire autem ſolet ſæpiſſimè, ut adoleſcentes, dum ſunt adhuc innocentes, ac tene-
rioris

rioris conſcientiæ, vocatio- nem Diuinam recipiant, eāq́ conſervent tam diu, quàm- diu; in innocentia vivunt & nitorem conſcientiæ cu rant. Poſtquàm verò ve naturæ fragilis inclinatione cui ſtrenuè reſiſtere no ſtuduerunt, aut alicujus ne farii admiſſa ad ſe propenſi one, corrumpuntur, ac in nocentiâ deperdunt, laxātq liberiori conſcientiæ habe nas; ut pro tunc vocati in illis divina conticeſcat ac comprimatur. Fitq; id circo, quia vaſa iniquitati effecti, gratiam divinam n percipiunt ampliùs. Solen autem ordinariè dicere tales Habui quidem vocationem ad hunc, vel illum ſtatum religioſum, ſed jam no habeo.

Vocatio ad Religionem, comprimitur in adoleſcentibus, dum hi corrūpuntur,

habeo. Non eſt voluntas DEI ut in eo vivam. Falleris vel mentiris. Habes & nunc eandem gratiam. Intellexeras utiq;, quòd DEUS velit, ut in iſto ordine quem tibi inſpiraverat, vitam ad ſalutem inſtitueres: DEUS perſtat in ſuo ſancito, ex prævisione boni animæ tuæ formato; ſed tu infelix, jam incipis gratiam divinam, non intelligere, nec vis eam apprehendere, quia te poſt perditam à te innocentiā, & poſt corruptos mores, deſideria carnis occuparûnt, quæ obfuſcant mentem, pervertunt voluntatem, ut ea non percipiat, qvæ ſunt ſpiritûs, & quæ ſunt tibi ad vitam cum DEO, & in DEO perpetuam curan-

curandam, neceſſaria; jamq; hæc prava voluntas tua principiîs ſeculi nequam, & dictaminibûs carnis imbuta, & vanîs ſolatiîs illecta, non propendet ad divina, & ad curam bonorum perennium providendorum animæ tuæ. Et ita paſſim deſtituunt ſ Iuvenes vocatione, ineuntq ſtatum vitæ, non quem ſib DEUS deſtinavit, ſed ad quem propenſio ſua nequam illos compellit, pereuntq; æternum miſeri, dum ſe taliter ad interitum duci ſinunt ducem ad Regnum cæleſte divinam voluntatem no ſecuti.

3\. *Secundò*, de ſtatu deliberans, emundatâ per Sacramentum pænitentiæ, conſcientiâ, accedat frequente

ad menſam Euchariſticam, eo fine, ut ex ipſo Chriſto Domino ſuo, quem intra ſe recipit, ejus de ſe intelligat voluntatem. Nec potes melius divinam de tuo ſtatu mentem intelligere, quã protunc, quando DEUM apud te præſentem habes, qui ſe tibi donat totum in ſacramento, ad ſalutem tuam, certè non negabit tibi gratias ad illam neceſſarias, inter quas eſt præcipua, gratia vocationis. Dicere ergo aſſveſcas mente Domino tuo, dum illum per ſacram cõmunionem ad viſcera tua admittis: Domine quid me vis facere? & crede reſponſurum tibi, ut hoc, vel illud facias, nempe ut hoc, vel illud vitæ inſtitutum a-

Frequens Confeſſio, & communio medium agnoſcendæ vocationis divinæ

plectaris. Non nullis etiã ar-
ticulata voce illum ex Eu-
chariſtia reſpõdiſſe legimus,
vitæq; ſtatum illis determi-
naſſe. Sed hæc eſt extraor-
dinaria gratia, & peculiare
rarumq; DEI donum. Tibi
ſufficiat, quòd internum illius
reſponſum audias, & quòd
tibi ad cor loquatur. Dein-
de ideò ad Sanctiſſimam mẽ-
ſam frequenter accede. Quia
dæmones, exitiales animæ
tuæ hoſtes, hoc maximè co-
nantur efficere in te, ut ſta
tum vitæ non eum arripias
quem tibi DEUS deſtinavi
ad ſalutem, inveniuntq; plu
res modos ſubdolos, ad
de via vitæ æternæ detu
bandum, armaq; ſuæ infe
nalis potentiæ contra te ex
runt, ut te Divinæ v
luntati

Tentationes dæmonis contra Vocationem, frequenti communione ſacra propulſantur.

luntati ſubtractum, tuæ ſub-
jiciant, ac per hanc ſibi ſub-
dant. Ut ergo hos hoſtes,
ita animæ tuæ inſidiantes,
eamq; oppugnantes evadas,
menſam Euchariſticam adi
ſæpius, dicens Domino cum
Propheta: *Paraſti in conſpe-
ctu meo menſam, adverſus e-
os, qui tribulant me.* Pſ: 22.
v. 5. *Refert Baronius in an-
no* 244. *n:* 15. *de Rege Hi-
ſpaniæ Ramiro, quòd hic in-
feliciter cum Saracenis præ-
liatus, in montes ſe contule-
rit, ad certum quendam lo-
cum, totus deſolatus, ubi illi
per noctem apparuit S: Iaco-
bus Apoſtolus, ſuum illi pro-
mittens auxilium, & infalli-
bilem victoriam, hac tamen
conditione, ut poſtridie omnes
milites, ſacra ſe armarent*

communione, quâ corroborati ſeptuaginta millia Saracenorum deleverunt. Anno etiam 1040. *dum Barbari iidem Meſſanam Miniſtris Imperialibus ſubditam, invaderent, præſidiarii milites, cum delectis civibus, ſacra priùs communione refecti, portas aperuerunt, & tanto impetu in rabidos illos canes irruperunt, ut irreparabilem illis intulerint ſtragem; cadaveribûs planicies, valles, & flumina implentes; quo ex tempore ampliſſima Siciliæ Inſula, tyrannico cæteroquin Barbarorum jugo preſſa, reſpirare cæpit & effloreſcere.* Si tantum eſt ſubſidii à Chriſto Euchariſtico contra hoſtes viſibiles, plus certò erit eb eodem contra inviſibiles nempe

nempe dæmones. Si enim hi ſolo nomine JESU invocato, fugantur; multò magîs realî præſentiâ illius intra nos, propellentur à nobis, ne nos in capeſſenda via ſalutis impediant, & ab hac proturbent.

4. *Tertiò.* DEUM exoret quotidie; ſtatum vitæ ſuæ adhuc ignorans, ut ſibi hunc ille manifeſtet: quod poteſt fieri per orationem, quam ſubjungo.

Oratio pro eligendo vitæ ſtatu ad ſalutem.

OMnipotens æterne DEUS; qui me ex nihilo ad imaginem, & ſimilitudinem tuam formaſti, ut te reverear, laudem, tibiq; in eo vitæ ſtatu ſerviam, in quo certè

 ſalvus

ſalvus fiam, da mihi ſedium
tuarum aſſiſtricem ſapienti-
am, mitte illam de ſedibu
ſanctis tuis, & à ſede magni
tudinis tuæ, ut mecum ſit, &
mecum laboret, ut ſciam qui
acceptum ſit ante te. Sci
enim illa omnia, & intelligi
& deducet me, in operibu
meis ſobriè. Quis enim h
minum poterit ſcire conſil
um DEI? aut quis poter
cogitare, quid velit DEU
cogitationes enim timidæ,
incertæ providentiæ noſtr
Difficilè æſtimamus, quæ
terra ſunt: & quæ in p
ſpectu ſunt, invenimus c
labore. Quæ autem in C
ſunt, quis inveſtigabit? ſe
autem tuum quis ſciet? n
dederis ſapientiam, & m
ris Sanctum tuum Spirit

de altiſſimis: & ſic correctæ ſint ſemitæ eorum, qui ſunt in terris, & quæ tibi placent, didicerint homines. Sap. 9. Concede proinde mihi miſericors DEUS, quæ tibi placita ſunt, ardenter concupiſcere, prudenter inveſtigare, veraciter agnoſcere, & perfectè adimplere; ad laudem & gloriam Nominis tui, ordina ſtatum meum: & quod à me requiris, ut faciam, tribue, ut ſciam, da exequi ut oportet, & expedit animæ meæ.

Tum dicatur: *Veni Sancte Spiritus &c.*

Quartò recurſus fiat quotidianus ad Sanctiſſimam Virginem DEI Matrem, pro impetranda per eam voluntatis Divinæ agnitione, cùm enim *nullus* (ut eam allo-

quitur S: Germanus) *Salvus fiat, niſi per te o Virgo Sanctiſſima! nemo eſt cui donum concedatur, niſi per Te* adeoq; ſi ſolus per illam obtinetur, ergo & via ſalutis quæ eſt in ſtatu à DEO determinato, non obtinetur, niſi per illã. Poteris autẽ ad hunc finem recitare quotidiè orationem ſequentem.

Oratio ad boni Conſilii Matrem, Sanctiſſimam Virginem MARIAM.

O *Sanctiſſima & humani generis amantiſſima Virgo! in cujus tutela, & protectione, omnem poſt* DEUM *ſalutis meæ ſpem collocavi, tu noſti intima mea, tu ſcis, quo à primo uſu rationis mecum*

cre

creverit, & adoleverit erga Te filialis fiducia; cui etiam num innixus, tot inter ſalutis pericula, velut parvulus ad ſinum Matris confugio! Recordare o pia! o dulcis Mater! quoties animam meã, ejusq; ſalutem æternam, tibi commendaverim; nunc, dum de vitæ ſtatu delibero, tuos miſericordes oculos ad me converte, huc, illucve titubãtem greſſum dirige; in hac caligine verſanti, lumen accende, quô illuſtratus, DEI *Unigeniti Filii tui, tuamq; circa me voluntatem agnoſcere, ac eum vitæ ſtatum, in quo ille me ſalvandum prævidit, eligere, ac conſequi poſſim. En ego me in tuum, Filiiq; tui manum, & Sanctiſſimam voluntatem, ex toto reſigno,*

fiat

fiat de me, & in me, & ci
me voluntas veſtra, ſicut
Cælo & terra,

Tum dic formulam C
gregationis, in illa ad
verba ſpecialiter te refle
Te hodie in Dominam e
&c: nimirum quod eli
velis, & eligas Sanctiſſi
Virginem, in Dominam
tuæ, ut ipſa de hac ordi
da, tanquàm Domina di
nat.

Potes addere novies
MARIA &c: in memo
novem Menſium, per
Filium ſuum in utero
Sanctiſſima geſtavit, pr
no conſilio per eam i
trando.

Quintò, Sanctorum A
lorum patrocinium i
randum, ut per hoc, vi

bis pateat, quâ DEUS nos vult ducere ad ſocietatem illorum in cælo, & ad occupandum locum inter illos, ex quo, prævaricatores Angeli exciderunt. Nominatim invocandus Princeps curiæ Cæleſtis, & Angelus ſuus Tutelaris. Ad quos orationes dicatur, quas adjungo.

Orario ad Sanctum Michaëlem Archangelum pro impetranda per ejus patrocinium notitia, de via ſalutis.

SUmme ſedis Miniſter, Princeps militiæ Cæleſtis, & Signifer Curiæ ſupernorum S: Michaël Archangele; tibi poſt DEUM, & DEI Genitricem, vitæ meæ curam commendo: ſupplicans tibi impenſiſſimè per gratiam illam

lam, quâ in Cælo jam ſi
ris; ut mihi à DEO impet
notitiam viæ ad vitam æ
nam, mihi à DEO deſtin
Sicut adverſarius tuus L
per, cum ſua neſanda m
tia, intendit, ut me damn
onis ſuæ ſocium habeat,
ideo, â via ſalutis ut a
rem, curat; ita tu Archan
potentiſſime, cum tua San
ſima militia, me tuô patr
niô, illæſum ab hoſte n
gno, in viam ſalutis æte
dirige. Prævaluiſti contr
lum, dum tecum & cum
victo tuo exercitu decert
prævalebis etiam contra
dem me oppugnantem, t
auxiliô efficies, ne in n
ro damnatorum recenſ
(quod fieret mecum, ſi
juxta DEI voluntatem ſ
vi

tæ meæ eligerem) Sed, ut
cætum tuum Sanctiſſimum
EUM laudantium, & amā-
um, admittar, implendo
me DEI beneplacitum.
o qua gratia & in terris,
noſcens me eſſe clientem
um, te glorificabo ſemper,
in cælis benedicam.

atio ad Sanctum Angelum
ſtodem ad impetrandum i-
m, ex anno Cæleſti, additis
aliquibus, deſumpta.

A Mantiſſime, dulciſſime,
ſolertiſſime mi Angele
ſtos, dux, protector, magi-
r, amice verè fidelis, verè
eſaurus immortalitatis me-
Gratias ago DEO meo,
o te mihi dato, & pro do-
s omnibus quibûs ornavit
Gratias ago tibi, quod
me

me ſanctè, á prima Nativi
tatis hora protexeris. Perge
usq; dum me ſiſtas DEO ibi
unde ad me cuſtodiendu
miſſus es. Doleo, quòd no
ſemper fuerim ad omnem t
um nutum; quòd te contriſt
verim, quando feci aliqu
quod placebat Angelo te
brarum. Suggere cordi me
quæ DEUS vult; & ta
cordis mei duritiem, ac ſt
ditatem vince; ut intellig
& ſequar Domini voluntat
in eligendo vitæ meæ ſta
Senſus meos omnes, &
meum guberna, MARIA
Reginam noſtram, & San
omnes, ac Sanctas DEI, p
cipuè Patronos & Patro
meas, tibi pro auxilio ad
ge: totum me ſacratiſſ
Trinitati, per JESU ſang
ne

em, & MARIÆ manus, ex
to dedica, in holocauſtum
ternum, ac Sanctiſſimæ ejus
oluntati, in eligendo vitæ
eæ ſtatu, plenè conſecra,
oluntati meæ erroneæ, &
uræ humanæ, in tanto nego-
io totaliter ereptum. Et,
nunc, & in eô ſtatu, ope tua,
mnia & ſingula momenta,
mnesq; actiones meas ad ma-
orem DEI gloriam offer, ad
hronum gratiæ ejus, & glo-
iæ. Nunc, & in illo ſtatu
& in hora mortis meæ, ita
mihi cum ſociis tuis Ange-
is, & Sanctis, ope tua aſſiſte;
ut omnia & ſingula momen-
ta vitæ, ac mortis meæ, ſint
tibi, mihiq; æterno ſolatio,
JESU & MARIÆ æterno
honori, & amori, in felici
Beatorum Angelorum æterni-
tate,

*tate; in qua, gratulor, quò
manſeris fidelis, cum fideli
bus Seraphinis, ac aliis, no
verò conſenſeris rebellibus
neq; cum illis præceps rueri
in ignem æternum. Conſei
va me quoq;, ut ſim fideli
usq; ad mortem, ac immort
liter amem DEUM, unà cu
aliis; & ſim ſocius fideliun
non rebellium Angelorum.*

Sextò, etiam Sanctos Pa
tronos tibi delige, quoru
ſuffragiîs eandem gratia
obtineas. Hi inter alios po
ſunt eſſe. *S:* Pater Jgnatiu
& S: Franciſcus Xaveriu
ad quos ſequens oratio di
poteſt.

*Oratio ad Sanctum Patrē
gnatium & S: Franciſcu
Xaverium pro impetran
gratia vocationis.*

O Magni animarum Directores, & ſpirituū diſcretores SS: Ignati & Xaveri! qui directione & interceſſione veſtra, innumeris Cæli ſemitā oſtendiſtis; videtis me, de ſtatu vitæ eligendo ſolicitum, ideo ardentiſſimum veſtrum animas ſalvandi zelum imploro, ut in hoc maximæ æternitatis beatæ negotio, conſiliô auxiliôq; veſtrô apud DEUM mihi aſſiſtatis, quatenus eum ſtatum vitæ deligam, obtineā qui ſit ad DEI Domini noſtri gloriam, proximi ædificationē, & animæ meæ ſalutem (quam unicè deſidero) utiliſſimus. Quid enim prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.

Adde Pater & Ave &c.

Ad alios SS: Patronos, ut
ad S: Ioſephum, ad Sanctum
cujus nomen geris &c: pr
placito ad idem impetran
dum devotiones inſtituan
tur, vg. per recitationem
officiorum, de illis, & litani
arum &c.

Septimò, convenit etiam
imò neceſſe eſt, ut volen
impetrare electionem ſtatû
vitæ, Divinam majeſtatem
per mortificationes, benev
lam & propitiam ſibi reddat
quæ proinde certîs tempori
bûs, ex arbitrio confeſſarii
aſſumantur.

Quid ſit in re ipſa vocatio
ſeu locutio vocantis DEI
& quomodò hæc dignoſc
poſſit.

AD primum reſpondeo, di

coq; quòd vocatio in re i-
pſa nihil aliud ſit, niſi cogi-
tatio ſancta, intellectui ho
minis à DEO commiſſa; ex-
citans illum ad aliquod bo-
num, æquivalensq; eſt his
noſtris locutionibus: *fac hoc,*
ne feceris hoc; bonum eſt, ſi *Quid ſit vocatio Divina.*
hoc feceris, periculoſum eſt,
niſi feceris &c:

Hanc cogitationem ſanctã
ſequi ſolet ordinariè propé-
ſio voluntatis ad illud bo-
num, quod per cogitationẽ
illam ſanctam proponitur.
Hæc propenſio voluntatis,
ſeu motus quidam ejuſdem,
à Sanctis Patribus, & Theo-
logis vocatur *Affectio pia*,
ſeu complacentia in illo bo-
no, quod proponitur. Quod
exprimere videtur David
dum ait Pſ. 20. *Præveniſti*

eum in benedictionibus dulcedinis. Quod explicans S: Auguſtinus l: 2. contra Epiſt: Pelagii, inquit: *Benedictio dulcedinis, quæ ſit in nobis, ut nos delectet.* Vocatur quoq; *tactus cordis* à Tridentino ſes: 6. c: 5. quod dicit ibi *gratiam inchoari in nobis tangente DEO cor hominis.* Vocatur item pulſus cordis, conformiter ad illud Apoc: 3. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo.* Vocatur deniq; *Tractio quædam*, non violenta, ſed ſuavis, juxta ſtylum Chriſti Joan: 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit illum.*

Ad ſecundum reſpondeo.
6. Inde dignoſci poteſt divina
vocatio, ſeu cogitatio Sancta ad aliquem ſtatum,

imò. ſi hæc veniat importunè opportunè, & quandoq; minimè diſpoſito, interimq; omnia alia agenti, quod maximè verificatur de cogitationibus ad ſtatum arduum: nam de ſtatibus, ad quos proclivis eſt natura, id non currit. 2. Si cogitatio ad aliquem ſtatum, venit ultrò, non quærente ipſo homine, & quidem inter orandum, in uſu ſacramẽtorum, in auditione verbi divini, in lectione ſpirituali, in caſu aliquo, eventuq; inſperato, & ſubitaneo, læto aut triſti. 3. Si deliberans ſentiat obluctationem, & voluntariam affectatamq; ſurdeſcẽtiam, contra cogitationes ad aliquem ſtatum ducentes. Et hôc dignoſcitivô nullum

Unde dignoſcenda?

eſt certius ſignum divin
voluntatis, adeò, ut ipſ
revelationibus ſit præferei
dum, eſtq; hujus rei cauſ
quia illa pugna, repugnai
tia, & affectata obſurdeſcei
tia, ac repulſa, certò den
tat, duos eſſe in corde del
berantis ſpiritus, quoru
unus eſt, pro ſalute illius
quàmvis contra carnem, ſa
guinem, ſuperbiam, libert
tem, amoremq; propriu
& mundi: alius eſt pro ill
& pro illius carne, voluntat
ſanguine, mundi ſtudiis, c
tra ſalutem, & ſaltem cu
dubio ſalutis, periculoq;. E
quo ſpirituum diſcrimine f
cilè eſt colligere, quis ſit
DEO, quis contra DEUM
nam, qui ad ſalutem certi
rem vocat cōtra carnem &
ille

ille ſinè dubio eſt divinus, proinde deliberanti eligendus, & ſequendus, tanquàm ſalutaris, & certum ſalutis pignus, indubiusq; dux: qui verò eſt contra ſalutem, aut cum illius incertitudine, & pluribus, certioribus, cōmunioribus periculis ſalutis, cōjunctus cum ſanguine, carne, mundo, amore proprio, ille procul dubio divinus non eſt, proinde nonniſi cum diſcrimine ſalutis eligi poteſt.

Unde agnoſcet deliberans, ſe vocari à DEO ad Religionem?

Reſpondeo: cognoſcet ex inſpirationibus: ipſas autem inſpirationes DEI, cognoſcet ex tribus ſignis, de quibus dictum immediate.

Unde cognoſcet deliberans, ſ vocari à DEO ad ſtatum Sa cerdotalem ſecularem?

Reſpondeo: cognoſcet in dè, ſi nunquàm habuit inſp rationes ad ſtatum Religio ſum, vel certè leviter, obiter & inconſtanter, habuit vel ſi babet impedimenta le gitima, ex parte corporis aut animæ, quæ ſtatus religi oſus non patitur, habeat au tem inſpirationes divinas ad ſacerdotium ſeculare. Quòd verò hæ inſpirationes ſint divinæ, cognoſcet ex tribus ſignis, de quibus dictum n: præcedenti.

Unde cognoſcet deliberans, ſe vocari à DEO, ad ſtatũ aliquẽ ſecularẽ non ſpiritualem.

Reſpondeo: cognoſcet itidem indè ſi nunquàm habuit

buit inſpirationes ad ſtatum Religioſum, ſacerdotiumq; ſeculare, vel, ſi habeat legitima impedimenta ex parte corporis ad ſtatum ſpiritualem; interim ducitur ad aliquem ſtatum ſecularem nõ ſpiritualem intentione honeſta, DEUMq, tanquam finẽ primarium, & ſalutem æternam concernente. *Dixi,* tanquam finẽ primarium, quia vocatio DEI, cum fine humano & temporali ſecundario, ſtare poteſt, juxta doctrinam Suarez tomo 3 de Religione l: 5. Diſp: 18. n. 7.

An perſuaſioni, vel diſſuaſioni humanæ, aut imperio inſiſtendum in electione ſtatûs?

Vocationem ad ſtatum vitæ debere eſſe à ſolo DEO, nec

nec poſſe eſſe niſì ab ho
deduxi ſufficienter n. 1. C
enim, (ut ibi dixi) ſol
DEUS nôrit, in quo ſta
ſalvare debeas animam tu
& cùm idem determinav
rit tibi eum ſtatum, tanq
viam ad vitam æternan
nulli perſuaſioni, vel di
ſuaſioni inſiſtas, puræ h
manæ, quæ penitus eſt ign
ra, quæ videt DEUS ti
ad ſalutem neceſſaria, & qu
tibi determinavit. Purè h
manæ, dico, nam conſil
humana in electione ſtatu
adhiberi poſſe, infunda
inſpirationi divinæ, dica
inferiùs.

Parentibus non obtemperandum in negotio vocationis, dū hanc impediunt.

Proinde nec Parentibu
obtemperare debes, dum t
revocant à ſtatu Religioſo.
Neque quidquam hac in
parte

parte derogatur reverentiæ & obedientiæ Parentibus debitæ, ac erga eos pietati. Sola enim hæc cauſa eſt, quâ licet non obedire *Parentibus, imò non licet obedire, DEUS eſt*; ut ait S: Bernardus Epiſt. III. *Ipſe enim dicit: Qui amat Patrē, aut Matrem plus quam me, non eſt mê dignus. Si verè me, ut boni & pii Parentes diligitis* (ita alloquitur ultra Parentes S. Doctor, nomine Heliæ Monachi, illis ſcribens) *quid me Patri omnium DEO placere ſatagentem inquietatis? & ab ejus ſervitio, cui ſervire regnare eſt, retrahere tentatis? Verùm nunc cognoſco, quia inimci hominis, domeſtici ejus. In hoc vobis*

Impii tales Parentes.

obedire

obedire non debeo: in hoc no
agnoſco vos Parentes, ſe
hoſtes. Si diligeretis me, gau
deretis utiq; quia vado ad me
atq; veſtrum, immò univerſo
rum Patrem: aliòqui, qui
mihi & vobis? quid à vobi
habeo, niſi peccatum, & mi
ſeriam? Hoc ſolùm, quod ge
ſto corruptibile corpus, d
veſtro me habere, fateor, &
agnoſco. Non ſufficit vobi
quòd me in hāc ſeculi miſeri
am miſerrimū induxiſtis!
quòd in peccato veſtro pecca
tores peccatorē genuiſtis!
quòd in peccato natū, de pec
cato nutriſtis? niſi etiā invi
dendo mihi miſericordiam
quam conſecutus ſum ab eo
qui non vult mortem pecca
toris. Filium inſuper gehen
næ faciatis? ò durum Patrē!

& ſævam

& ſævam Matrem! ò Parentes crudeles & impios! imò non Parentes, ſed peremptores, quorum dolor ſalus pignoris, quorum conſolatio mors filii eſt. Qui me malunt perire cum eis, quàm regnare ſinè eis. Qui me rurſus ad naufragium, unde tamen nudus evaſi, rurſus ad ignem, unde vix ſemiuſtus exivi, rurſus ad latrones, à quibus vix ſemivivus relictus ſum, ſed miſerante Samaritano, jam aliquantùm convalui, revocare conantur: & militem Chriſti prope jam raptô Cælô triumphantem; (quod non in me glorior, ſed in eo, qui vicit mundum) ab ipſo jam introitu gloriæ, tanquàm canem ad vomitum, tanquàm ſuem ad

lutum,

lutum, ad ſeculum reducere moliuntur. Mira abuſio: domus ardet, ignis inſtat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, evadenti ſuadetur regredi? Et hæc ab his, qui in incendio poſiti ſunt, & obſtinatiſſimâ dementiâ, ac dementiſſima obſtinatione, fugere periculum nolunt. Proh furor? ſi vos contemnitis mortem veſtram, cur etiam appetitis meam &c.

Audiant adhuc Parentes admonitionem S. Baſilii præfat: in Aſcet: ne revocent ab obſequio divino filios & filias, dum illos, & has DEUS ad illud vocat, imò libenter illos DEO conſecrent. *Cùm* inquit, *tam eximia præmia iis propoſita ſint, qui Chriſti militiam*

ſequuti

ſequuti fuerint, libentî animô Patres filios ſuos, & Matres filias ſuas ad eum venire patiantur, prolemq; ipſi ſuã, ad eum alacriter adducant, lætosq; eos faciat ſpes bonorum immortalium, quorum unà cum liberis ſuis futuri ſunt participes, eosq; apud DEUM *Patronos habere ſtudeant. Caveamus quæſo, nè nimis anguſtum animum in hac importuna filiorum charitate præ nobis feramus, nève nos terreant labores, ad quos ire videntur: Sed gaudeamus potius, quòd tam magnam gloriam ſint inventuri. Offeramus* DEO, *quod ab ipſo accepimus, ut in laudis & gloriæ filiorum noſtrorum Societatem, ipſi quoque veniamus,*

nos

nos ipſos unà cum illis offe-
rendo ſimulq; exhibendo. Qu[...]
enim hanc animi alacrita-
tem oſtenderint, atq; hôc mo-
dô fortiter perſeveraverint,
illis conveniet illud e[x]
Pſalmis: Benedicti vos [...]
Domino, qui fecit Cœlum &
terram: & quemadmodùm
Moyſes orabunt pro eis dicen-
tes: Benedic Domine operi-
bus illorum &c.

Sicut autem nullæ diſſua-
ſiones, vel imperia, revocar[e]
te debent à ſtatu Religioſo
habitâ ad illum inſpiratione
divina; ita etiam nullæ per-
ſuaſiones purè humanæ, ve[l]
imperia, debent te com-
pellere ad ſtatum Religio-
ſum, ſi ad hunc divinam
vocationem non ſentias.
Solent quidem aliqui pi[i]

Parentes (quod tamen rari-
ùs hôc corruptô ſeculô con-
tingit) inducere filios ſuos;
vel filias, ad obſequium di-
vinum in Religione, repu-
tantes verè, quòd maxi-
mum ex iis ſolatium ſint
habituri, ſi DEI peculiari
ſervitiô mancipentur, & ad
hunc finem etiam, enutriunt
illos accuratè in agnitione
vanitatum mundi, & occa-
ſionum ab iiſdem avulſio-
ne, quæ ſæculi ſuavitates e-
mentitias, facerent illis dul-
ceſcere: quod ſanè ſanctè
agunt; interim non debent
filii, vel filiæ ſequi hanc
perſuaſionem, piiſſimorum
quàmvis Parentum, ſi inſpi-
rationem ad ſtatum Religi-
oſum DEUS illis non con-
tulerit: evenit tamen non

In amplectendo vita ſtatu religioſo, vel ſpirituali ſæculari, Parentibꝰ nõ obtemperãdum, ſi ad hunc, vel illum non ſit vocatio divina.

raro, ut Dominus hanc ill
el rgiatur, votaq; proboru
Parentum, & ſpes implea
Et ita non ſemel factum
dum in cunis adhuc filiu
vel filiam Parentes devov
runt DEO, ad ſtatum reli
oſum, aut etiam in ute
Materno hærentem prole
ut DEUS ſuccedente æta
religioſæ vitæ capaci, fil
talibus, vel filiabus inſpi
tionem ad illum ſtatum
fuderit. Jta legimus de
Bonaventura, S:Andrea C
ſino, & aliis. Sed dum
ſpiratio divina non con
ditur, iniquè proced
Parentes illi, qui pro
ſuam violentîs perſuaſi
bûs inducunt ad Religio
aut ad ſtatum ſpiritua
ſecularem compellunt,

untq;, preſertim ſi id faci-
nt, non ex motivo ſpiri-
uali, ſed ex vano, ut v.g: fi-
i ſui Prælaturîs inſignibûs,
omum ſuam conſpicuam
eddant, & ex proventi-
us Eccleſiaſticis locupletare
oſſint, aut, ut in Religione
nſulîs ad familiæ decorem
mineant: vel ut fortuna
aterna non dividatur in
ures ſucceſſores, doteſq;
liarum, taliq; diviſione
ajeſtas vetuſtæ nobilitatis
e decreſcat, & ad vulgarẽ
eprimatur ſortem. Id qui-
em cõtingere ſolet non ita
equenter cum filiis, ſed
m filiabus non raro. Con-
ciunt ſanè Parentes ejus-
odi filios vel filias ſuas,
vitam turbulentam, ama-
tudinibûs plenam, utpote,

quàm hæ, vel illi, ſinè v catione divina inſtituen adeóq; malè contentò anim totam in illa ætatem trans cturi. Poſſunt autem ip eſſe etiam occaſio apoſta fædiſſimæ, non tantùm Religione, ſed & à fidè C tholica, dum cum diſguſ continuo vitam religioſa trahentes, tandem poſſu ſibi exoſum nimìs clauſtru reddere, & diſciplinam R ligioſam abominabilē & xecrandam, & cùm nequ ant ſecurè poſt emiſſam p feſſionem ſæculum repete in barathrum deſperatio rapti, infames, probroſi, exitiales fieri traſfugæ.

An? & à quo ex homin conſilium petendum de ſ vitæ eligendo?

Qui dubii ſunt, quem ſtatum vitæ eligere debeant, nec ad ullum determinatè propendent, etſi DEO ſint ſupplices, ut ſibi viam ſalutis manifeſtet, hi habeant conſtantem conſcientiæ ſuæ arbitrum, prudentem, doctum, & probum, qui illis media ſuppeditet, ad impetrandum id à DEO, quod intendunt. Certè dum ſe Confeſſarii directioni permittent, patefiet illis divina de ſe voluntas, quomodò vitam ſuam ordinare debeant. An autem Confeſſariis liceat ſuadere alicui, ut ſtatum Religioſum amplectatur, quæri poteſt ex occaſione? Reſpondeo, non ſolùm eſſe licitum id, ſed etiam meritorium, juxta S: Tho-

Dubii de ſtatu vitæ eligendo cõſilium petant à ſtabili ſuo Confeſſario.

mam 2 2dæ Quæſt: 189. articulo 9. Quia ſuadere alteri bonum, eſt licitum & meritorium. Sed ſanctus Pater noſter Ignatius in Exam: c. 3. § 14. ejusmodi vocationem ſuſpectam, & diuturniori deliberatione indigentem cenſet, prohibetq; in regulis ſacerdotum, Reg. 23. nè noſtri Confeſſarii quemquam inducant, ad ſtatum Religioſum, dans rationem, quòd hic, *non humanam, ſed divinam vocationem requirat*, vultq; nonnisi, ut illi, dubios de ſtatu pœnitentes ſuos, *ad orationē hortentur, ut à DEO adjuti, vocationem ſuam meliùs intelligant, & exequantur*. Multò autem magìs, in his perſuaſionibus, triplex inordina-

dinatio vitari debet, à quocunq;. 1. Nè Aliquis violenter, aut per blanditias, preceſve importunas alliciatur. 2dò Ne Simoniacè ingrediatur Religionem; id eſt, ne emat ingreſſum Religionis. 3. Ne mendaciîs, & figmentîs pertrahatur.

Etiā Vocationem ad ſtatum religioſum habentes, Cōſiliū ea hac petat, a ſuo ſtabili Confeſſario.

Qui autem inſpiratione aguntur ad ſtatum aliquem certum, hi Confeſſario ſuo ſtabili hanc aperiant, ac hujus ſenſum explorent, utrum verè divina ſit ſua vocatio: imò etſi divinam eſſe norînt, nihilominùs directioni ſe, arbitri conſcientiæ ſuæ donent. Dum B: Aloyſius, Madriti, coram imagine de bono conſilio dicta, Beatiſſimæ Virgini ſupplicaret pro electione ſtatus ritè

facienda, ex eadem imagine vocem audivit, qua Societatem ingredi jubebatur; nihilominùs ſtatim mandabatur ipſi, ut rem hanc ulteriùs cum Confeſſario ſuo tractaret. Sic etſi Chriſtus Saulum; cùm ad Apoſtolatum vocâſſet, juſſit tamen ut Ananiam adiret: à quo intellecturus eſſet, quid eum facere oporteret. Nam licèt DEUS nobis loquatur ipſe ſive internè tantùm (quod ordinariè fit) ſive externè etiam (quod eſt extra ordinarium) vult tamen ut locutionem hanc ſuam, explanatam & dilucidatam habeamus per homines, quos locô ſui nobis providit, & conſtituit, quales potiſſimum ſunt Confeſſarii noſtri.

Repe-

Reperiuntur ſæpè, qui ad ſtatum Religioſum, vocari ſe agnoſcunt, quia tamen vel tentationibûs dæmonis ab eo avocantur, vel difficultatibûs vitæ aſperioris, abſterrentur, vel affectibûs erga ſe Parentum, & cognatorum, ab illo arcentur, & jam, aut in propoſito incipiunt vacillare, vel executionem hujus differunt. His omnino neceſſaria Confeſſarii directio, & ad hunc ſpiritualis confidentia, ut hic illis conſilium oportunum ferat, quid illos agere conveniat pro ſalute animæ ſuæ; in tantis animi ſui anguſtiis; ne, ſibi relicti, ſuoq; perturbato animo, in tanto negotio, in quo de vita æterna agitur, errent turpiſſimè &

irre-

irremediabiliter. Sed vafer
rimus hoſtis animarum dæ
mon, dum ſuîs tentation
bûs involvere Iuvenes ſtu
det, & irretitos mundi &
ſanguinis propeſionibûs, vi
det, ſolet id curare ord
nariè, ut illos à Confeſſari
ſuo ſtabili abſtrahat, me
tum proinde vanum illius
ipſis incutit, ut recurſu &
confidentiâ ad illum deſti
tuantur, ac tandem illum
deſerant, & ad alium Con-
feſſarium ſe transferant, vo
cationis ſ æ ignarum, au
nullum hunc conſtantē ha-
beant. Dûmq; hoc effeci
in miſeris Iuvenibus, jam
eos ipſe ultra dirigit, ut a
via ſalutis abſtrahat, in ſu
mentis perturbatione ſine
directione ſalutari relictos.

Procc-

Proceditq; cum illis ultra fa-
ciliùs, ad perniciem eorum.
Nam ad ſedandam mentis
tempeſtatem, porrigit illis
media vitæ laxioris, illece-
bras ſeculi quærere illos e-
docet, & ad ſuavitates mun-
di propendere, ac ferri,
donec inſpiratio divina ad
Religionem in illis ita com-
primatur, ut illam minùs
apprehendant, & minùs, a-
ut modicè valde inclinati-
onem ad ſtatum Religioſum
ſentiant; credantq; ſtolidè
quòd vocationem non habe-
ant, cùm verè habeant illam,
ſed ſuppreſſam, dum ſe indi-
gnos, ac in capaces reddide-
runt vivacioris, & ferven-
tis, & ab eo ſe alienarunt,
qui illam reſuſcitare, & ex-
citare queat.

Quid

Quid cavendum Adoleſcen
bus? & quid ab iisdem ag
dum, poſt agnitam vocat
nem divinam ad ſtatum
ligioſum.

10. CAvere debent primò a
leſcentes ejuſmodi dil
onem executionis vocat
nis. Inveniuntur pleri
qui compertum habent
divina ſe inſpiratione
ſtatum Religioſum compe
nihilominùs, etſi jam p
ta Religioſa ſibi pateat,
patere poſſit, dilationib
laborant in ingreſſu illi
vel quòd à Parentum ſe a
ctibus avelli, arduum ip
ſit, vel vita arctior hor
ri illis ſit, hicq; ipſos ad
lum retardat; vel ob aliqua
aliam futilem rationem, p
rere vocanti DEO non ſta
tim

Dilatio in executione vocationis religioſæ fit ex conſilio dæmonis.

m volunt. Noverint di-
tionem ſuam hanc, arti-
ûs dæmonis, in animis ſuis
eri. Hic enim majori co-
atu nititur, ut eos ab exe-
utione vocationis impediat,
quàm nitebatur in impedi-
nda ipſa vocatione eorum:
am vocationem primam,
nempe prævenientes gratias
DEI impedire non poterat
llô modô, niſi remotè, in-
ducendo illos ad obſtructi-
onem uſûs rationis, inepti-
tudinemq;, per ebrietates,
aut valdè abſtractivas cogi-
tationes. Conſenſum quoq;
vocationi, licet conatus ſit
impedire, minùs tamen quã
ipſam executionem, eò quòd
ſciat majorem errorem eſſe,
vocationem DEI, pro vera
agnitam non exequi, quàm

cam

eam nolle agnoſcere, jux
illud: *Servus ſciens, & n*
faciens voluntatem Domi
ſui, vapulabit multis. Hi
videmus in Collegiis n
ſtris, ex quinq;, ſex, vel pl
ribus ad Religionem cand
datis, vix quandoq; tres, a
duos, interdum nonniſi u
num, vocationi ſatisfacere
Jta in mutãdo animo adol
ſcentum, jam ad ſtatum Re
ligioſum determinatorum
diabolus laborat, & tam fre
quenter revocare ſolet ab
obſequio divino præconce
pto & deſtinato, Iuvenes.
Quàm autem id periculo
ſum ſit, deduxi ſupra. Et
ſi autem adoleſcentes ejus
modi dicant, à ſe non abjici
vocationem, ſed differri tan
tùm, ſciant ſubdola arte dæ
monis

monis, ſe ad dilationem e-
juſmodi induci: cùm enim
advertat ille, fervere amo-
rem vocationis in corde a-
doleſcentis, ſeq; non poſſe il-
lum ſubitò extinguere, in-
jicit illi rationem aliquam
futilem moræ, tardantemq;
ingreſſum Religionis & ſen-
ſim (inter varia carnis &
mundi illicia, teneræ men-
ti objecta) frigidum in vo-
catione reddit, ac periculis
animæ, in quæ deſertores
vocationis prolabuntur, illos
intrudit. Contingit autem
non rarò, ut differentes exe-
cutionem vocationis, miſerè
& infeliciter tollantur è
vita; quam ſi DEO conſecraſ-
ſent in Religione, obtempe-
rando promptè illius nutui,
feliciter conſervaſſent. *Exē-*
plum

Exëmpla infelicis exitꝰ è vita eorum qui vocationis ad Religionē executionē differebant.

plum hujus rei, dedit quid *Marchio Pariſiis*, cu mentionem feci in alia cubratione mea, ſed q hæc in manus adoleſcentu non incidet, etiam hic lum produco. Scribit aut de eo Manſi diſc. 6. n: *Interiùs ſe ille ad Societat noſtram amplectendam mo ri ſentiebat, jamq; omni quidem hanc vocationem xequi, re ipſa decreverat mundum tamen deſerere valens, propoſitum hoc ex qui, de die in diem procraſ navit; quid verò eidem ac derit, ex ipſius authoris ve bis clariùs & diſtinctiùs i telligere non pigeat. Infeli turpi ſe, dum præceps mortem currit, vitæ, viti rumq; captivum dedit ſerv*

tuti;

tuti; quia verò vocanti DEO *januam clauſerat, ædium quoq; ſuarum (ne Religioſorū hominum voces, monitaq; illuc ad ſe penetrarent, militari cuſtodia adhabita, fores clauſit, illud imprimis ſuis mandans, ne ullum è ſocietate* IESU *hominem, qui ſe alloqui vellet, intus admitterent Quoniam verò* non eſt ſapientia, non eſt prudentia contra DEUM; *hominumq; cogitationes, Altiſſimus ſalutis cupidus, non ſecus ac manifeſtè deliras, è cœlo reſpicit, ſubſannatq;; dum miſer à negotiis, ſociisq; liber, atq; expeditus, ſolus per diem in remotiori cubiculo manet, en tibi duo dictæ Religionis viri in cubiculum extemplò intrant, Marchionem amicè*

Bb *ſalu-*

ſalutant, qui ab eo perhu-
maniter, etſi per ſimulatio-
nem, excepti, ubi divinis d
rebus, cum ipſo verba fecêre
nõnulla in rem ſalubriter a
jicientes monita; è loco ja
diſceſſuri, hæc addiderun
Tuæ jam tuæ inquiunt, ne
gotium animæ, dum per tem
pus vacat, ſeriò poſt hac con
ſtanterq; agita, neq; ad DE
voces infelix adeò obſurd
ſcas; quibûs dictîs, ſe ab
jus oculis ſtatim proripiu
Marchio interim, cui in ex
ſpectatus adeò, inopinatus
Religioſorum hominum ad
ventus, ac ſermo item de cæ
leſtibus parum gratus fu
militem, quem ſuis cuſtod
endis ædibus præfecerat, a
ſe vocatum, acerbîs verbi
increpat; incuſatq;, quòd ſ
invi-

invitô, ac nolente, intra do-
meſticos lares, atq; inſuper
ad ſui conſpectum illos ad-
miſerit. Obſtupuit miles, ut
pote ſibi, de re fideliter geſta
conſcius, adeòq; quidquid he-
rus amarulentô animô dixit,
ne dum ægrè tulit, ſed & ſo-
mnium, aut fabulam credi-
dit, id unum pro omnimoda
ſui excuſatione aſſerens, quòd
ab oſtio domûs, ne latum qui-
dem unguem receſſerit, &
quòd Religioſos, quos ille
meminerat, non vidiſſet jure-
jurando affirmans: Dominus
verò, rem totam mendaciô
confici, & ſe à famulo decipi
arbitratus, quantocyus ad So-
cietatis IESU Collegium quē-
dam certum hominem mittit,
num aliqui inde ex Patribus,
in domum ſuam veniſſent,

 ex.

exploraturus, Certior ve
eorundem Patrum teſtimon
redditus, ad ſe eô loco ne
nem divertiſſe, haud qu
quam viſô divinitùs obje
proſiciens, parumq; ſalu
providus, omnem prorſus
nà cum verbis, ab animo
curam, & à corde met
excuſſit, adeò, ut anteactor
oblitus, domô egreſſus, cu
per urbem recreandi an
causâ excurreret. At ſ
miſer impendentem cerv
bus, quem admonitus pr
vere noluit, ultionis glad
intellexit. Armatos qui
homines, caſu per viam
ſendit, qui diſtrictîs irru
tes gladiîs, illum confec
unico namq; ictu in co
percuſſus, cui propria pa
cordi ſalus fuerat, nullô
cram

cramentorum remediô, rele-
vatus, & absq; ſalutis ſpe,
illico humi exanimis cecidit:
ſic qui DEI voces audire ne-
glexit, & DEO cordis oſti-
um pulſanti, pertinaciſſimè
clauſit, à Cœlo demū & DEI
Regno excluſus, uti perditus,
in exteriores tenebras proje-
ctus eſt.

SUbjicio aliud exemplum
recentius, meæ experiētiæ.
Dum in Collegio quodam de-
gerem, in eo, ſtudio eloquen-
tiæ dans operam, præclaræ
indolis & inſignium talento-
rum adoleſcens nobilis, vo-
cationem ad Societatem no-
ſtram conceperat, quam ſuo
Confeſſario aperuit, ſupplex,
ut hic ſua deſideria apud
Præſidem Provinciæ promo-
veret;

veret; tum & mihi poſim
dum ſe credidit, dum me
eo loco in curſu anni Schol
ſtici obedientia ſancta tran
ferret Cracoviam, expoſce
ſolicitè, ut ſe apud Provi
cialem, Cracoviam ex Rom
no itinere rediturum,
varem; morem geſſi ſanc
deſideriis, admiſſusq; ille
poſt aliquos elapſos menſes
Societatem tempore ordi
rio. Quia verò de lege
ſtra, conſenſus Parentum
quirebatur, Confeſſarius M
trem adoleſcentis, præſent
protunc in urbe, convent
eiq; adſtante filio, vocat
nem hujus proponit. Hæc
ex genio muliebri, & Mat
no affectu, aliqua proloqu
tur, in dubium vocans inſ
rationem ad Religionem ſu

& ſuum ad hanc aſſenſum anxiè pronuntians: Adoleſcēs interea, qui prociduus ad pedes Maternos, efflagitare annutum debuerat, hæret in profundo ſilentio attonitus. Quod advertens prudens Cōfeſſarius, aliò nonnihil ſermonem deflectēs, redditâ Matri reverentiâ, & vale dictô, abſcedit, id tantùm ad rem à ſe propoſitam inſinuans; quòd, dum adoleſcens elinguis pro ſe factus ſit, ego pro illo debeo eſſe taciturnus, ne induxiſſe illum ad Religionem videar. Mater protinus aſſumit ſecum filium, cum jam vacationum generalium tempus immineret. Quibus abſolutis, redit ille ad Scholas noſtras, & nihil cuiquam è noſtris de vocatione ſua in-

ſinuat, Confeſſariô jam ali
translatô. nihil quoq; de il
intimatum ſibi audit. per lon
gum tempus, donec ipſe, ul
tro tandem illam depromere
Contigerat, ut poſt bienniu
in eodem Collegio hoſpite
agerem, è meo vicino, c
præeram. Conſpicatus me i
le, adit cum veneratio
ac notam mihi pridem voc
tionem exponit, addens fe
ventiſſimas preces, ut meô ſu
fragiô patere ſibi poſſet Soc
etatis ingreſſus. Ego repoſ
quòd ante biennium jam
lum obtinuerit, & cur ea
quæ ſibi offerebatur, grat
neglexerit? requiſivi, adjec
difficilius apud nos pandi
nuam religioſam illis, qui
patente ſibi hac olim, ut
receſſerunt. Reſpondit lacr

mans.

mans, ſe planè ignorare, quo turbine abſorpta mens ſua fuerit protunc, cum Confeſſarius pro evincendo conſenſu cum Parente ageret, quia nec verbum extrudere potuit. Interim nequaquàm vocationem abjeciſſe ſe ait, conſervariq; hanc à ſe huc usq; aſſerit, nè autem tam longa & ſegnis ad executionem dilatio impedimento ſibi eſſet, & ne idcircò à Præſide Provinciæ repudiari mereretur, inſtat apud me flagrantiſſimè, meæ curæ ſalutem animæ commẽdans, cum manifeſtè agnoverit, ſe debere non alibi, niſi in Societate vitam ponere tẽporalem, ut æternam apprehendat. Quod ſtatim confirmat, extra ordinariã divinã erga ſe gratiam mihi manifeſ-

ſtans.

ſe ad propoſitum vocation
revocantem. Nam, dum n
ita pridem Viſtulam in nav
cula trajiceret, orta ſubi
fluminis tempeſtate, nauf
gium paſſus, & undarum p
fundo voragine involutus, d
vinâ vî, morti ſubtractus v
olentæ, ſalvus & incolum
fluctibus ereptus fuerit, p
ſante pro tunc mentem ſu
& cor, vehementi cogitation
quòd ob neglectam vocation
vitam ſibi ſuffocari meruer
aquæ vorticibûs, verùm p
trocinio Tutelaris ſui D
Xaverii, illam ſibi donari,
eam obſequio Divino in Re
gione conſecret & conſerv
Admiratus divinam miſe
cordiam erga adoleſcente
& prodigioſam animæ cur
illius, ac commiſeratione
ctus

ctus erga illum, eumq; apud
me excuſans, quòd ſubdolîs
artibûs dæmonis vexatus gra-
tiæ divinæ hactenus non re-
ſponderit, aliquantum arduũ
ſuſcepi negotium, in promo-
vendis ipſius renovatis deſi-
deriis, hac tamen lege, ut illa
luculentiùs probarem, ne ite-
ratam moram in ipſis exe-
quendis ille incurreret, &
ne meam circa ſe operam ſe-
cundò fruſtraret. Permiſit ſe
adoleſcens libenter tali ſcru-
tinio, & ultro veniâ à Pa-
rentibûs petitâ, quòd ad do-
mum illorũ pro feſtis natali-
tiis Domini imminẽtibus pro-
ximè non deſcenderet, ad me,
dum ad Collegium meum re-
diiſſem excurrit, moratusq;
tenes me per illud ſacrum tẽ-
pus, animam ſuam innocuam
adhuc,

adhuc, mihi communicans,
ad Sanctiſſimam Euchariſti
menſam aliquoties acceden
DEUMq; ferventer precatu
pro impetrando ſibi fortio
& reſoluto animo, ut tande
neglectam, tamdiu vocatione
ad executionem feliciter d
duceret. Dederam itaq; ſupp
ces ad Provincialem, pro i
rata admiſſione Iuvenis, exc
ſando in eo, prioris benefic
neglectum rationibûs, quæ p
tunc occurrebant. Redit i
terim ille à me ad ſuas Sch
las, ex quibus frequenter
per literas compellat, ſolic
inquirens, primò quando
Præſide Provinciæ, reſponſu
ad meas in ſuis votis ſper
rem? & poſtmodum an ill
jam obtinerem? cum moleſ
tædiô, & gravi torturâ an
mi,

mi à ſe illud exſpectari aſſerēs. Tandem poſt interpoſitam aliquot hebdomadarum morā, Provincialis precibus meis annuit, & Iuvenem compotem voti ſui reddit. De qua gratia dum illum certiorem reddo per epiſtolā, lætus, & cū ferventiſſima gratiarum actione DEO perſoluta, mihiq; pro præſtito obſequio, exhibitîs gratitudinis documentis in pagina, nuntium hunc accepit. Tum expeditionem ſûi ad tyrocinium religioſum cōparaturus, ad domum ſe paternam confert; Et ecce vix in hac pedem poſuit (o humani mobilitatem animi!) in alium mutatus, ſepoſita cogitatione, de executione vocationis, maternis affectibus, erga ſe nimiûm propenſis (Pa-

ter

ter enim ſenecio, ſuos mod
ratiùs teſtabatur filio) adh
ſit totus, & vanis ſeculi m
niis ſe ad huc adſtringi pe
miſit. Aulæ igitur cujuſda
Prĩcipis Miniſtri ſtatûs pr
marii, adſcriptus, obliterat
cũ vocatione etiã mei mem
ria. Tanta inconſtantia d
mihi innotuit, indignat
ſum illi intra me, ſed ſim
miſeræ ſorti adoleſcentis i
dolui, iteratò in pericu
ſalutis ſe conjicientis. Rev
lutô autem ab hinc tertio c
citer menſe, iter arripere d
buerant ad aliquos Magn
tes mihi benevolos in neg
tio afflicti protunc ab exo
co milite Collegii mei, ad
cum, ad quem pro conſil
plures è Proceribus Reg
Poloniæ, & Magni Ducat

Litva-

itvuniæ, confluxerant. Ibi
m una die, ex Eccleſia re-
rem, poſt peractum ſacriſi-
um Miſſæ, ad domicilium
ſtrum, obvium habui Iuve-
m hunc, in conferta inſigni-
aulicorum turba, Prin-
pem ſuum ad illam Eccleſi-
deducentium; qui poſt-
am me veneratus erat cum
hore, hæc nonniſi ad illum
iter proloqui potui: Itanè
omine mi, aulam ſupremi
gis, cum aula Principis
reſtris, commutare tibi
cuit? Repoſuit confuſa &
mula voce, id nonniſi: ſic
a tulêre: nec ad hæc re-
ndere mihi licuit, cùm
venis ſubſiſtere paulisper
alloquium sûi longiûs re-
erit, protinus ſe à me pro-
iens. Inveni tamen modũ

in

in privato, fuſiùs cum eo
gendi; cùm intelligerem, qu
apud me neutiquam com
ruiſſet, ſupplex eram noſt
SOCIETATIS Patri, Th
logo Principis, cujus obſequ
gaudebat Iuvenis , quater
hunc curaret ad ſe acciri,
prætextu alicujus negoti
Adeſt ille mox ad portam
micilii noſtri, ac de eo m
ad hanc præſente, proti
Theologus ſignificat: deſc
do itaq; ad illam. Theol
mox ab ea abſcedente. T
compoſito ad dolorem, & ſ
vem indignationem vult
compello ſic Iuvenem: Do
ne mi, jam bina vice gr
am divinam neglexiſti,
circa te meam curam, q
ultro ſolicitè quærebas,
ſiſti turpiter, quid agis !

verte tuam periculoſam inconſtantiam. Sis memor, te naufragium paſſum, ob neglectam vocationem, ſed DEI benignitate à morte ereptum, vitamq; planè prodigiosè tibi conceſſam, ut hanc DEO in Religione devoveres. Unde vides, quòd te DEUS nolit vivere in ſeculo, nec huic, ſed ſibi. Ulteriori divina erga ſe gratia præſtitiſti te indignum, tanta tui volubilitate animi, & ingratitudine Divinæ erga te miſericordiæ. Time, ah time! ne miſerè & infeliciter decedas. Imò prædico tibi (quæ verba, protrudi potiùs, quàm depromi ex ore meo ſenſi) quòd te fatum proximum exitiale exſpectet. Ad hæc ille, cùm, turbata mente, neſci-

ret quid reponeret, aliqu
verba nonniſi, haud ad re
trepidante lingua prolocut
violentè ſe à me expedivi
negotium urgens commiſſu
ſibi à Principe prætende
Nec ampliùs oculis meis
quam comparuit. Non d
verò ad illam Principis a
lam moratus, domum repet
in qua dum anxius aliqu
tùm hæret, torquente ani
conſcientia, ob inobedienti
voci Domini, & hinc timo
deſerendæ vocationis divin
ſalutisq; amittendæ, inde am
re nugarum ſæculi agitatu
Et ecce dum ita dubius,
hementiùs pulſantibûs men
illîs affectibûs, fluctuat,
inſignem, & fortem erga r
luctantem gratiæ, divina
miſericordiam! Quadam di
quando

quando hæc illuceſcebat, dum eſſet inter dormientem & vigilantem medius, imò huic (ut aſſerebat) propior, videt à terribili dracone ſe circumdari, qui mox apparente ſuo Tutelari B. XAVERIO diſparuit; tum Iuvenis à Divo monetur vehementiùs, ut ſe è periculo ſalutis proripiat, ac ſe vocanti DEO ad Societatem non reluctetur, addita gravi reprehenſione quòd tamdiu dilationibûs in executione vocationis laboret. Conſternatꝰ & perterritus viſu Iuvenis; fratrem minorem natu, in eodem conclavi cubantem, è ſomno excitat, quæ viderit, & audiverit enarrat. Optimè, etſi puer adhuc protunc, vix duodecim annorũ, ut Divo optemperet ſuadet;

 qui

qui idem poſtmodum felic
ſibi conſuluit, dum ad S
ætatem vocatus, hanc am
xus eſt, in eaq; vitam ac
ratè Religioſam cum ſolu
duxit. Prævaluit autem
illo, ah dolendum! amor
nitatum ſæculi. E domo
terna ſe expedit, aulãq; e
bit Regiam, in qua, pro
ventibûs ejus ſtudia, bene
lîs nobiliſſimo ſuo ſangu
Proceribûs, ac huic aliqu
annexis, inter ephebos c
putatus. Ubi per aliq
menſes ſubſiſtens, ſubitò
violenta vi morbi ſternit
ut à ſenſibus mox aliena
intra aliquot dies, nullis
cramentis munitus, miſ
egerit animam, in lubr
aulæ decedens, deflectente
cilè in illo, immaturam p
ſertim

tim ætatem, ad conſueta
tia occaſionum tumultu, ac
avorum exemplorum impe-
ipſe in illa (cum lacry-
s intellexeram) prolapſus.
eliquitq; exemplum aliis iu-
nibus, quòd DEUS nega-
m ſibi vocanti vitam, cõ-
ſſamq; ſeculo, huic infeli-
ter eripi ſinat.

Secundò noverint vocati — II. *Vocati ad Religionem, ante ejus ingreſſum, ſeculi genio non indulgeant.*
DEO adoleſcentes, ſtoli-
diſſimum eſſe errorem, ſi-
mulq; magnam diaboli de-
ceptionem, ſi intra hoc tem-
pus quod intra admiſſionem
eorum inter candidatos ad
Religioſum ſtatum, & inter
executionem, ſeu actualem
ingreſſum, intercedit, ad hoc
ò declinent animo, vel in-
duci ſe permittant, ut nonni-
hil ſibi, & mundo indulge-

 ant.

ant, ſub ſpe pœnitentiæ
Religione agendæ: ut in
rim otientur, vagentur,
verſationi minus cautæ
cent, luſibus, commeſſa
nibus, ſaltibus ſe donent
Hæc eſt ſolennis, & per
ta inferno deceptio, &
arte dæmon non unum
propoſito vacillare fecit.
eodem reſilire; qui tali
præſertim inſidiatur, ut
à portu ſalutis, ad qu
jam conſiſtunt, revo
Jmprimant menti ſuæ b
adoleſcentes ejusmodi,
ctrinam S. Baſilii dicen
Orat: de jejunio: Ad vi
tem *non eſſe iter per vi*
Et Apoſtoli conſilio ob
perent, quòd bonîs operi
non autem lubricîs conſil
certa vocatio noſtra facien
ſit.

t. Deinde advertant, quod
ctare ſe ſpe pœnitentiæ in
eligione agendæ, & inte-
im genio liberiori indulge-
e, præſumptio talis ſit re-
ellantis contra DEUM ani-
ni, manifeſta confœderatio.
Eſt quoq; peccatum contra
onitatem DEI, adeoq; cō-
ra Spiritum ſanctum. Imò
erò quia te bone adoleſcens
d caſtra ſua, ſub vexillum
uum vocavit Chriſtus, cō-
para arma huic militiæ apta,
vitam meliorem capeſſe, ad
am ſanctum ſtatum te di-
ſpone, præbendo te exem-
plum omnibus, ut videant,
uia, dominus te elegit in
ſervum ſibi.

Tertiò, non metuant dif- 12.
ficultates, nec his cedant, a-
doleſcentes quæ contra e-

Vocati ad Religionem, difficultates ad hanc nō timeāt, quæ ingreſſum impediunt.

xecutionem vocationis eo
rum orientur, ſive à Paren
ibus, Conſanguineis, & a
micis, ſive occaſionaliter a
liunde, memores illius d
cti: *Nemo poteſt tibi aufe*
re Chriſtum, niſi tu te i
auferas. Quantoq; majore
difficultates inſurgunt, tant
certiores ſint de veritate vo
cationis divinæ: omnis enim
virtus in arduo ſita eſt, mū
dusq;, caro, & diabolus, nō
contraveniunt, niſi DEO.
Jmò opponere ſe debent dif-
ficultatibus, & cum auxilio
divino eas perfringere co-
nentur: aderit autem Domi-
nus, & ſedata tempeſtate de-
ducet ad portum.

13. *Quartò*, etiam horror dif-
ficultatum in vita religioſa,
ſi hic obrepet, amovendus.

Solet

Solet enim quandoq; dæmō
vel per ſe, vel per amicos
pravos adoleſcentum, me-
tum incutere iisdem vitæ a-
ſperioris religioſæ, ut ab hac
illos avellat. Cogitent boni
adoleſcentes, quòd cùm ſe
ad Religionem DEUS voca-
verit, collaturus etiam vi-
res ad hanc & animum, dum
eam amplectentur: cùm e-
nim dederit finem, dabit e-
tiam media ad eundem. *Au-*
divi narratum de ſe, à quo-
dam Patre Divi Franciſci
ſtrictioris Obſervantiæ Refor-
matæ, quòd dum hic, ex ca-
ſtris profanis, impellente ſe
divina inſpiratione, ad hanc
ſacram Familiam convolaſſet,
in eademq; cooptari expetiiſ-
ſet, admiſſusq; eſſet; dum de
more ante ſuſceptionem habi-

Aſperitates Religioſæ, iisdem non ſint formidini.

tûs

tûs religioſi, aliquamdiu
probatione clauſtrali morat
tur, & Horis Canonicis om
bus, ut fert conſvetudo, in
reſſet, rigida eo tempore h
me ſæviente, cumq; hæc
clementiùs in corpora age
circa noctem mediam (ut
ſolet) præſertim uno temp
re diei, illum militem in m
tutino & laudibus decanta
à Fratribus, præſentem, t
acerbè & moleſtè rigens f
gus petierat, ut artubus to
tremeret, licet bene muni
contra brumæ vim, & vul
nîs pellibûs, in Eccleſia ſ
ſiſtens. Quaſſavit itaq; illi
cor non levis metus, obor
menti cogitatione ejusmo
Quid mecum agitur? nimi
hic totus frigeo, etſi me co
modè contra frigus arma
rim

im. Quid fiet? dum depoſi-
is his omnibus veſtimentîs
ſæcularibus, craſſo ſolùm ha-
bitu, & tunicellâ tectus, aper-
to capite, & nudîs pedibûs,
chorum ingrediar. Sed
protinus cogitationem ejus-
modi ſe abegiſſe, pro tenta-
mento diaboli reputatam aſ-
ſeruit, ac in ſpem divini au-
xilii ſibi conferendi ad talia
toleranda, ſe conjeciſſe. Ad-
fuiſſeq; ubi illud pronũtiavit.
Nam prima nocte poſt aſſum-
ptum habitum, dum chorum
cum aliis Fratribus pro Ma-
tutino decantando ſub intraſ-
ſet, ub initio quidem dixit ſe
ſenſiſſe gelu violentiam, ſed
ſenſim ſe divinîs laudibûs
abreptum, teneriorem ſenſum
rigidioris auræ depuliſſe.
Experiuntur quoq; vim gra-
tiæ

tiæ vocationis, ad toleranc
quævis adverſa vires ſupp
ditantem, omnes alii in qu
vis ordine, qui ſeriò ob
quio Divino ſe addicunt
aſſumptô animo ad vias D
mini arduas percurrendas
dum enim ad ſtatum Re
gioſum ſe vocari ſentiunt,
ad eum amplectendum h
roicè ſe reſolvunt, omnia ſ
difficultatum occurẽtium
la, ſeu reſpectûs humani ſc
ta, ſeu paratos in jugulum
proprii amoris enſes, perfrin
gunt facilî negotiô. Inte
tales omnes è Societate no
ſtra, enituerat iſtud (ut ali
os in ſanctorum vel Beato
rum Catalogum relatos ta
ceam, quorum vita facil
innoteſcit Iuventuti) enitue
rat id inquam ſingularit
in

in Patre Andrea Spinola vi-
ro magni nominis, (de quo
Hiſtoria noſtra) *Is cùm pro-
vectiori jam ætate, ut ipſe-
met humili quodam jocô de ſe
loqueri ſolebat, triginta & octo
annos habens in infirmitate,
nempe ætatis in ſeculo trans-
actæ. dum de hoc relin-
quendo deliberaret, obſtiterãt
illi quaſi agmine facto, multi-
plices difficultates, murumq;
ſeſe ei quodammodò opponebãt,
ne ad Societatem deſideriis
propelleretur. Hinc valetu-
dinis imbecillitas, infirmo
quidem robore prædita quò
ad vitam ſuſtentandam, ſed
validior, quò debilior illa
fuit, in ponendo obice ad au-
ſteritatem religioſam capeſſẽ-
dam. Inde deliciarum mol-
lium aſſuetudo, & commodo-
rum,*

rum. menti tenaciùs impr
ſa, irrefragabilis veluti
ceſſitas. ſuppeditante illa A
dreæ, tum ſorte naſcēdi pr
celſa, & inclitæ domûs o
lentiâ, tum fortunâ benign
ri, quæ in dotes eximias
ritaꝫ conſpicua, liberal
deliciarum ſubſidia effun
bat, ut ſolet; tum erexeran
cōtra illum inſignia fami
ſuæ decora, quò cultiora
vehementiùs animum d
poſito retundentia; deinde
gnitatis, quam in Eccleſia
rebat amplitudo, honoru
majorum ſpes non dubia
ctiùs illum cinxerat, poſt
dum congeſtæ opes, pret
& gravi molimine, reta
bant cogitantem de aditu
jectæ religioſæ paupertat
Satisꝫ roboris hæc habu

d labefactanda diviniora mo-
hina, ac ad comprimendum
laxiori vitæ tenore animū.
bilire tamen adhuc vali-
iùs videbantur mentem in
culo religioſæ aſperitates;
mpe, ardua diſciplina reli-
oſa, victûs ratio vilis &
ſtemia, incultus veſtitus,
gumentum corporis nonniſi,
n ornamentum, ab alieno
tu dependentia, & conti-
æ veluti ſervitutis jugum,
mmunis vitæ ratio, & æ-
alis ſors cum iis non pau-
s, quos ætas, natura, ac for-
na inferiùs locavit &c.
ſiquam tamen Andreas,
EO vocanti ſe ſubmiſit, ti-
reꝫ proſtratum animum.
DEI obſequium heroico
ſu erexit, illico illas o-
es, terroris contra ſe in-
ſtru-

ſtructas acies disrupit, &
cit evanidas, redditusq; ſ
impavido corde illis omni
difficultatibus & incom
dis ſe ſtitit, & infracto p
re permanſit in iisdem,
ut brevi, experientiâ
ſtrâ didicerit cum Aug
no, quàm ſuave ſubito
factum ſit, à ſuavitati
deliciis, blanditiis, illi
mundanis, animum pe
avellere. Nam cùm ante
huc ſecularis, religioſæ
ſæ interdum adeſſet, a
tiæ & humanitati noſtr
rem gerens, multa occur
ei ad faſtidium, utpote
catioribus epulis, arg
ſuppelectili, & exquiſit
idam munditiei, non ad
ſtum ſolùm irritandum
& ad pompam oſtentat

ſueto. Idem poſtea Societa-
m noſtram ingreſſus, cùm
imum ad communem men-
m venit, omnia ei videban-
r longè alia, mantilia niti-
iſſima, patinæ & orbes, qua
ex argento, ipſe verò locus
timo odore fragrans, cibi
l palatum ſapidiſſimè præ-
rati: ita, ut nihil apud ſe
bitarît, omnia illa præter
ſtrum morem parata eſſe
ectoris juſſu, ad ſuam vide-
cet infirmitatem, extraor-
nariis hujusmodi deliciis
evandam. Qua propter de
c cum Rectore queſtus eſt
io, quòd ea in ſui gratiâ
ent inſtructa; ſed cum o-
nia communia fuiſſe intel-
xit, poſtea hunc ſuum erro-
m ſæpiùs amicis familia-
er narravit. Tantum au-

tem in eo reſolutus, ad au
rioris vitæ incommoda a
mus effecit, ut vilem in
pidumq; cibum, obſoletas ſq
lore veſtes, cæteraq; religio
vitæ methodum concernen
non juxta genium ſeculi
polita, intra delicias repu
verit. Ita optimus Do
nus, qui confert velle ad
dua, donat etiam poſſe,
eorundem tolerantiam. P
inde bone adoleſcens, ſi n
ti tuæ obverſabitur aſper
vitæ religioſæ, vel in co
ris acerba maceratione,
in abnegatione propriæ
luntatis & judicii per o
dientiam, & in vitæ c
munis methodo immun
tes peculiares excludent
in ætatis totius impedio
tim ſtudio literarum per
gil

ſili, partim zelo animarum
laborioſo & ærumnoſo; vel
vitæ ſolitariæ tædium, ſub
uno perpetuo Præſide, in e-
odem loco, cum iisdem fra-
tribus, tuum timore pulſa-
rit animum, ſive quæcunque
alia formido, in ſtatu Reli-
gioſo propoſita, ad quem te
DEUS vocavit, te commo-
vebit, objecta tibi hujus
aut illius, aut plurium dif-
ficultatum imaginatione; hâc
limina. Ad quemcunq; de-
num ex diverſis ſacris ordi-
nibus religioſis, inſpiratio
divina tibi inhæſerit, ſis cer-
tus, quia in eodem, ſuſtinē-
dis à te omnibus, quæ tibi
ardua videbuntur, parem a-
nimum, illa tibi tribuet. Vol-
ve mente illud cum Augu-
ſtino: *potuerunt hi, & hæ,*

& tu non poteris? nimiru perpende intra te: potue runt hi ac etiam hæ, natal um illuſtrium, aliqui & al quæ in palatiis Principum & Regum delicatè enutriti, c plexionis ſimilis mihi, v debilioris, æquè vividi, au vividioris animi &c, fer pro DEO & ſalute anim religioſ s ærumnas, & c ego cum DEI auxilio, qu mihi aderit, uti illis adſu ferre eaſdem non debeo?

Vocatus ad Religionem, Oratione ſe ad illam diſponat.

14. Quintò Candidatus Religionem, antequam te pus affulgebit, quô e actualiter amplectitur, or oni ſingulariter ſe dedat, frequenter expiet Sac mentaliter Conſcientiam, menſamq; Sacram acced deprecando Dominum, qu

qui cæpit operari in ſe opus vocationis religioſæ, ipſe illud perficiat.

Ac etiam Sanctæ Viginis Matris DEI patrocinio ſe ſpecialiter protunc commendet, ut prout per ejus Maternum ſuffragium gratiam vocationis obtinuit, ita per ejusdem interceſſionem, beneficii collati donum exequatur. Eo fine poterit quotidie orationes, quas Subjungo recitare.

Oratio ad DEUM, poſt electionem ſtatûs factam.

ÆTerne Deus, Rex Cæleſtis, Pater omnipotens, cujus potentiâ mundus regitur, ſapientiâ gubernantur omnia, & providentia inſcrutabili, via vi-

raq; noſtra diſponitur; mi-
ſericordias tuas ego viliſſima
creatura in æternum canta-
bo, quod me undequaq; indi-
gniſſimum illuminare ac ad
ſtatum N. N. vocare digna-
tus ſis. Confirma, o Domine!
quod operatus es in me; ac
ut in hac Sancta vocatione,
quam me à te habere credo,
conſtans perſeverem, in ad-
jutorium meum intende, ne-
ve me vel aliò fallax caro ab-
ripiat, vel verſipellis dæmon
decipiat, aut tentatio ſeducat:
ad adjuvandum me feſtina.
Qui clementer dediſti velle,
da potenter perficere. Ego
quidem ad tuam Sanctiſſimam
voluntatem exequendam, me
paratiſſimum offero. nihil
amplius, aut intimiùs deſi-
dero, quàm ut illam quàm
perfe-

perfectiſſimè, quàmque celerri-
mè adimplere valeam. Ad-
juva o Domine! imbecil-
litatem meam; & eorum
omnium, qui hac in re pro-
deſſe, ac cooperari poſſunt.
voluntates ita diſpone, ut
aſſequar, quod intendo; &
ut Sancta deſideria, quæ tu
mihi, pro animæ meæ ſalute
conſequenda, miſericorditer
dare dignatus es, opere ipſo
impleam, facultatem tribue,
qui dediſti velle, da perficere,
per Dominum noſtrum &c.

Oratio ad Sanctiſſimam Vir-
ginem boni conſilii Matrem
poſt factam electionem.

O Genitrix vitæ! ac ſalu-
tis meæ Mater! Ecce
potenti tua apud DEUM in-
terceſſione (ut nullatenus dubito)

 obti-

obtinui ut ſtatum illum,
æternam ſalutem meam ag
verim, Tu es Mater voca
onis meæ & cognitionis,
& Sanctæ ſpei; confido na
in bonitate tua Materna
quâ erga meam ſalutem
ves, charitate tua maxi
quod ſicut pro volũtate D
circa ſtatum vitæ meæ a
ſcendum, te Patronam eg
ſic etiam pro eadem exec
oni danda, mediatricem
re dignaberis. Age M
gratiæ, me in hujus voca
nis amore conſerva, ab om
bus inſidiis diaboli, &
aſſequendæ impedimentis
re. Adjuva conatus me
ut deſideria mea quæ D
& te auſpice concepi, op
ſine coronentur. Tu verbi
terni Mater dilectiſſima

cun

n verbis meis, & precibus
caciam, ut id, quod peto
iis quorum intereſt, im-
rem; horum tu intellectũ
mina, move voluntatem,
ncq; ita in vota mea dirige,
benignum precibus meis
tutum obtineam. Tibi me,
vocationem meam, tibi
num ejus executionem me
ere libenter confitebor, ac
perpetuæ gratitudinis te-
onium, ut nunc te toto,
ſincerrimo corde filialiter
, ita ubi tua interpoſiti-
ad ſtatum NN. pervene-
ſemper amabo; & ut d
n plurimis ameris labo-
, O clemens! o pia! o dul-
Virgo DEI MARIA!
Mater & advocata, vo-
tionis & ſalutis meæ.

Oratio

Oratio ad Sanctum Archan-
gelum Michdêlem.

O Sanctiſſime Archangele!
Dux militiæ Cæleſtis,
& animarum Sanctarum. Tu
has omnes deducis ad vitam
æternam, & ad locum in cæ-
leſti Regno poſſidendum ex
quo prævaricatores Angeli
exciderunt. Ducis & me tuo
patrocinio ad hunc feliciſſi-
mum terminum, dum per tu-
am interceſſionem ſtatum ſalu-
tæ meæ agnovi, in quo ſalu-
tem æternam obtineam, deduc
ergo quæſo me ad illum, o-
mnes difficultates & impedi-
menta removendo, tuô invicto
auxiliô; ut ſicut didici ex di-
vina inſpiratione, quòd in ſtatu
tu NN. vitam meam tempo-
ralem deponere debeam, ut æ-
terna

ternæ conſervetur; ita poten-
ti tuô adjutoriô, in eodem
me ſtatu locem. Pro quo bene-
ficio, & in terris te exalta-
bo, ac debito cultu venerabor,
omniq; gratitudine complectar
& in æternum benedicam, dũ
una tecum DEUM meum, &
cum SS. Angelis tuis glorifi-
cabo, illôq; fruar, ipſum im-
mobiliter amans & poſſidens.

Oratio ad Sanctum Angelum Cuſtodem.

O Sancte Angele mei a-
mantiſſime! Cuſtos fide-
liſſime!, cui me curſumq; pe-
regrinationis meæ, Divina
bonitas commiſit; tuo inſtin-
ctu ſtatum in quo me DEUS
ſalvare decrevit agnovi, &
amplecti conſtitui. Quia ta-
men in negotio hoc tam arduo
viri.

viribus meis diffido; tibi
notaq; deſideria mea. ex
committo, Tu me dirige.
aliorum Angelorum San
rum pro me affectum, & o
impetra, qui cuſtodes ſunt
orum, in quorum poteſtat
ta eſt vocationis meæ exe
tio, ut eos in vota mea
clinent.

Ad SS. Patronos uti S.
ſephum, S. cujus Nomen
ris, Sanctum Fundato
Religionis, quam comp
decreviſti, & alios, lita
& officia, ſi quæ ſunt de
lis recita, aut alias preces
honorem illorum abſolve
tibi impetrent, executio
vocationis tuæ.

Frequenter etiam pro
catione DEO gratias age
ei te gratum exhibeas,
ill

lla, adeoq; dignum reddas,
quatenus illam impleas. Po-
s ad ſonum horologii, ho-
am deſignantem, dicto A-
e MARIA, hanc gratiárum
ctionem ſemper facilè inſti-
uere, dicendo vg mente:
enedicta ſit illa hora, qua
atus eſt Dominus noſter IE-
US Chiſtus, & Sanctiſſima
jus Parens, & qua ego ad
atum NN. vocatus ſum.

Plura adoleſcentes, ad Re-
gioſum aliquem ſtatum cã-
didati, ediſcent à ſui Spiri-
us directoribus.

§§§§§§§§§
§§§§§§
§§§§
§§
§

DOCTRINA III.

De horrenda gravitate
malitia peccati mortalis
de abominanda ejus fæ
te. Tum de damnis e
mibus, quæ ab illo infe
tur;ac de pænis talis pec
Demum de menſura p
torum & gratiæ.

Horrenda gravitas, & m
tia peccati mortali

1. Quàm gravè ſit pecca
mortale,breviter lice
culenter tamen expreſſit
Auguſtinus, dicens. *U*
eſt ſummun. bonum, ſci
DEUS; aliud autem ſu
malum, nempe peccatum.
de conſiderandum ,
ſicut DEUS; tale eſt bo

propter illud appeti de-
ant alia omnia bona, ille
tem propter ſe ipſum: ita
ccatum tale eſt malum, ut
opter illud declinanda ſint
nia alia mala, ipſum au-
n propter ſe ipſum. Quã-
proinde æſtimabilitatis
DEUS, tantæ odibilitatis
peccatum, Et ſicut nobis
hil prodeſſe poteſt, ſi Deo
reamus; ita nihil nobis ,
eſſe poteſt , ſi non obſit
ccatum. Et ſicut omnia
na ex DEO, tanquam ex
nte omnis bonitatis proma-
nt, ita omnia mala à pec-
to mortali proveniunt.
ſicut, qui habet in eo o-
ne bonum, ita, qui eſt in
ccato mortali,omnibus ſub-
et malis. Ac ſicut ſolus
US, nos æternùm felices
&

& beatos reddere poteſt
ſolum peccatum mortale
æternùm miſeros, & in
ces poteſt facere. Et n
hæc eſt horrenda grav
peccati mortalis? vel ad
tionem illius exhorre
deberemus. Exhorreſc
ne illud bone adoleſc
& horrori eſtne tibi ?
Qui te ad illud aliqu
reſolviſti, o quàm depl
debes ſtuliſſimam tem
tem tuam! Quem auten
ſcientia ſua ob illud n
guit, DEO maximas g
agat. Et hic horrorem
gentem peccati mortal
ſe excitet, ille autem c
vet, ac in dies majorem
geat. Exhorreſcat &
pſum, qui ſe ad tantam
vitatem peccati reſolv

poſterùm, & abhinc, ac-
ratiori vigilantia timeat
, nè in peccatum morta-
relabatur.

Jam audi S. Gregorium 2.
zianz : malitiam peccati
rtalis in DEUM, de-
ibentem. Ait ille ſic: *Quæ*
iſ pulcherrima animad-
erat, ea ſibi tanquam De-
præfixit. Si qui autem af-
ionibus, & morbis animi,
æquò dediti erant; has
as, ſivè perturbationes, ſivè
rbos, Deos eſſe putarunt, vel
is ſaltem eos conſecrarunt:
cundiam ſcilicet, cædes,
civiam &c. Hinc infer, pec-
orē peccatô lethalî delin-
ntē, eſſe, veluti idolola-
. Nā defactô omne peccatū
e, ad ſpiritualem idololatriā
rtinet, dum ſpretô DEO,

quem unicum finem no
ſtatuere debemus , ali
quidpiam , quod ſatisfac
appetitui ſuo putatur, D
honori & amori antepo
tur. Proinde meritò ait P
pheta: *Dixit inſipiens in c*
de ſuo. non eſt DEUS Pſ:
Inſipiens enim peccator
nam nulla ſtultitia poteſt
maior, quam peccatoris, D
UM lethaliter offenden
Et hic deſtruit veluti
minium. in ſe; quia ſer
re facit ſibi DEUM in p
catis ſuis, Deſtruit quan
in ſe eſt, & ſcientiam,
juſtitiam ejus: quia pe
tum ſuum, aut ſciri,
puniri à DEO non vult.
ſtruit etiam quantùm in
eſt, præſentiam immenſ
tem , ubiquitatemq́; illiu
qui

a ab illo recedit, & ſe a-
tit, ac ſpontaneè ipſum
erit. Deſtruendoq́; ſic at-
buta divina quodammo-
adeoq́; verum DEUM,
os ſibi deos in corde ne-
m fingit, illa nimirum
jecta , quibus , deſpectô
O , inordinatè adhæret
nonne idololatra eſt ? O
nta in DEUM peccati
rtalis malitia! Adhuc quā
rmis hæc ſit in DEUM
minem, adverte. Legis
ptum a S: Ioanne 11. v.
quia Iudæi. *Collegerunt*
ncilium contra IESUM.
nileq; quid agi à peccato-
contra eundem. cogita.
liberant in hoc potentiæ
us inferiores cum ſupe-
ribus de vita Chriſti. dum
ad peccatum lethale reſol-

vere i: tendit, & tunc
ti Salvator ſecundò ad
tur. Nam Chriſtum q
tùm in ſe eſt, rurſu
crucem agit, ac omnia
vulnera renovat, qui
mortaliter offendit jux
lud ad Hebr. 6. v. 6.
ſum crucifigentes ſibime
Filium DEI, & oſtentu
bentes. Ac hinc colli
immanis malitia peccati
talis in DEUM homi
nam iterum per illud
cator, quantùm in ſe
cruci affigere audet Chri
cruciq; enormiori, qua
la fuerit, in qua ſuſpe
erat ab impiiſſimis Iu
Sic enim apud S: Aug
num ſalvator cum d
alloquitur peccatorem:
me graviore criminum

dam illa, in qua pepen-
m, affixiſti? gravior e-
apud me peccatorũ Crux
in qua invitus pendeo;
m illa, in qua tui miſer-
mortem tuam occiſurus
ndi. O quàm execran-
malitiam! quàm enor-
facinus! delinquentes le-
ter; committunt.

minanda fœditas peccati
mortalis.

xaggerat hanc peccatori
Propheta, illum ſic com- 3.
ns: *Abominabilem fe-*
decorem tuum. Ezech.
v. 25. S: verò Augu-
s clariùs id explicat di-
quod *ſicut virtute ni-*
puriùs, ſic improbitate
turpius, ac obſcænius
lla enim ſole ſplendidior

eſt, hæc fætidior c enô
S. Bonaventura per c
rationem, eandem fæd
taliter demonſtrat. O
gravis eſſet illi mu ier
mitas, per quam ſic de
retur, ut à Parentibu
agnoſceretur, à Sponſo
mneretur, & viliſſima
ſua vicinia haberetur.
eſt anima infelix de
per culpam; quæ à ſpi
Patre non agnoſcitur,
ſo Chriſto contemnitu
vilis à ſanctis omnib
putatur. Imaginare
rea, quàm fætidum ſit
putridi cadaver, &
turpiter oleat. Fætid
eſſe, & graviùs olere
torem, in lethali nox
rentem, ſcito. *Nihil*
peccante lethaliter. eſt

nihil tam leproſum, aut
ridum: crudaq; eſt cica-
x criminum, oletq; ut an-
um tartari: S: Prudent:
ēta *ait*, in Hymno de S:
aureantio. Fætidiſſimus dæ-
on eſt, & id circo voca-
r ſpiritus immundus ide-
q; enormiter conſpurcatus
vaſit, quia in DEUM pec-
vit, amiſsôq; ſuo decore
ngelico, in turpiſſimum
uoddam monſtrum trans-
rmatus Porro ſi illius fæ-
tas à nobis ſpectaretur, in-
llerabile hoc eſſet ſpectacu-
m. Ac id circo *S: Brigit-*
, uti legitur in Revelátioni-
s ejus libro 5. cum inter-
gata eſſet, cur dæmones nō
parerent viſibiles? reſpondit:
ōd ſi eorum horribilis de-
rmitas videretur, ex ipſo

viſu , homo extra ſe
fieret , corpusq; ejus t
quaſi tremuli contremiſ
cor etiam totum quaſi t
exanimatum moreretur;
pedes ſufficerent ſuſte
membra reliqua. Doultr
autem ſcribit l:2.c:3. S
de triſtitia Chriſti, *quòd*
ex mago quodam exo
importunis precibûs vi
quis curioſus, ut ſibi d
nem ſpectandum præber
quidquam illo diſsuaden
minus igitur nefrendem
ſpexit in volutabro luti,
deformem, ut eô inſpectô
ſtatim exanimis corruer
paulò poſt exſpiravit.
ter etiam ſordidos r
homines peccatum mo
Quod ſi non unum
anim

nima, multiplicantur certè
ea ſordes ſpurciſſimæ. O
uàm fugiendum illud ! ſi
ravè olentes declinamus
oacas, ſi lutô & ſtercoribûs
quinari, aut iisdem im-
ergi horremus. O quàm
eccatô lethalî ne ſordide-
ur, cavere debemus ! De-
itte mentis oculum ad ſta-
um inferni, & ibi vel ma-
mè fæditatem peccatorum
ortalium advertes. *Pars il-*
rum erit (inquit S: Ioan-
es Apoc: 21. v: 8. *in ſta-*
o ardenti igne & ſulphure.
ſtagno, ait, quod immo-
iles, & fætidas alit aquas:
on decreſcit non emittitur,
on ſiccatur: poſt mille an-
os, hoc ſtagnum, imò poſt
illiones millionum anno-
um, ſibi ſimillimum erit.
De

De corporibus autem d
mnatorum tantus aſcend
fætor, ut audeat S: Bonav
tura dicere; *quòd ſi vel u
us damnati corpus in hoc
be noſtro poneretur, orb
totum ab illo inficiendu*
Ita fætidum reddidère inf
num peccata mortalia! T
memus hanc inferni fædit
tem, & cur non timem
peccatum mortale, ex qu
tanquam ex ſpurciſſimo fon
illa emanavit? Non eſſe
infeliciſſimi inferni fætore
ſi è cloaca peccatorum mo
talium non ſcaturirent.

*Damna enormia quæ à pecca-
to mortali inferuntur, & p
næ illi infligi ſolitæ.*

DAmnum graviſſimum à
peccato lethali illatum

pecca-

peccatori, exprimit ſacrum eloquium, inquirens Eccl. 10. v. 32. *Peccantem in animam ſuam quis juſtificabit?* Jnde enim deducitur, quòd peccatum mortale ponat hominem in eo ſtatu, in quo pro illo nulla pura creatura DEO ad æqualitatem poteſt ſatis facere, etiamſi pro illo vel inferni ſuſcipiantur tormenta, nam vel ſic reatus illius non tolleretur. Deinde aliud ingens damnum recenſet propheta, nomine peccatorum lamentans, ſic: *Cecidimus quaſi folium univerſi, & iniquitates noſtræ, quaſi ventus abſtulerunt nos.* Jsa. 64. v. 6. Ubi intelligitur, quòd per peccatum mortale commiſsum, perdat homo ſtatim omnia

merita

merita anteactæ vitæ ſuæ. Et licet ſubſtantiam univerſam erogaverit in pauperes quiſpiam, etſi longam ætatem exegerit in rigidiſſima ſolitudine, & arctiſſima paupertate, ac productis per plures horas in diem orationibus, etſi noctes vigiliis acerbis impenderit, & ſi macerationibûs corporis & laboribûs arduîs pro DEO valetudinem ſuam attriverit, ac etiam ærumnîs continuîs ſpontaneîs, illam propè conſumpſerit &c, ſi poſt tanta ac talia merita, in peccatum mortale ſe reſolvit, protinus illa omnia, tam operosè collecta, perdit. O damnum graviſſimum! Perpende aliud, audiens Prophetam lamentantem, in per-

ſona peccatoris: *Peccatum meum, contra me eſt ſemper.* Pſ. 50. v. 5. Et conſidera, quòd peccatum mortale auferat homini ſecuritatem ſalutis per totam vitam, ita, ut licet pænitentiam egerit, tamen citra ſpecialem revelationem, manſurus ſit in metu damnationis, neſciens, an ei remiſſum ſit peccatum; cùm omninò ignoret, an ſupernaturalem pro eo egerit pænitentiam. Jterum aliud damnum, à peccato mortali inflictum, alius Propheta enuntiat, de peccatoribus dicens ad Dominum. *Peccatum eorum à facie tua non deleatur.* Jerem. 18. v. 23. Et perpende, quod peccatum mortale, ponat hominem in eo ſtatu, ut pro eo

momento, quo peccat, per totam æternitatem ſit com pariturus odibilis DEO. Alia damna à peccato mortali provenientia, habes in conſideratione de peccatis.

5. Jam pænas peccatorum mortalium perpende. *DEUS ultionum Dominus, DEUS ultionum; liberè egit,* ait David Pſ. 93. v. 1. Ex

Pœna peccati mortalis hinc collige nonnullas peccatorum mortalium pænas. Peccaverunt Angeli ſemel tantùm lethaliter, & ò quàm juſtus, & implacabilis, in iis puniendis eſt DEUS! Privavit illos donîs gratuitîs, liberaliſſimè ipſis paulo ante collatîs: de Cælo Empireo deturbavit præcipites, in quo eos creaverat dotibûs tum naturalibûs tum ſuper-

ſupernaturalibus adeò excellentes, cum promiſſione beatitudinis æternæ, modò ipsū non offenderent: in inferni flammas, non ſecus atq; titiones fumantes abjecit illos, ubi in ſummo contemptu, miſeria, & tormento, habitant, & habitabunt cum ardoribus ſempiternis. Peccaverunt primi Parentes noſtri, & ò quantis, ſe & nos involverunt malis! ſcis diluviô universalî deletos homines ob peccata. Noſti ferale Sodomitarum ſupplicium, quos unà cum civitatibus ſuis, ob nefanda, abſurda crimina, Juſtitia divina flammîs abſumpſit. Legiſti, vel leges de Dathan & Abiron, quos vivos dehiſcens terra abſorpſit &c. &c.

Ingre-

Jngredere præterea infern
cogitatione tua, & vid
ibi innumeros propter
peccatum, mortale, ad æ
na ſupplicia damnatos:
horreſce toto te, vel
memoriam lethalis n
& etiamſi Angelus ſis, i
reformida. Ut autem i
ligas alias peccatorum
talium pænas, audi
peccatum lamentantem
videm: *Funes inferni*
dederunt me: 2. Reg.
v. 6. Verè enim f
inferni peccata ſunt, cu
infernum trahant eum, q
vinciunt. Sufficit ad
cendum hominem ad
thrum inferni, unus
nempe unum pecc
mortale. Sed hæc eſt f
danda pæna, quâ à
p

nitur peccator, utſi ſe uno
ccato mortali vinciri, & tra-
ſinit, permittat DEUS,
pluribûs funibûs pecca-
um alligetur & trahatur.
hæc eſt terribilis colli-
tio iniquitatis. Quia
m homo DEUM primô
endit peccatô mortalî, red-
it ſe indignum auxiliô
I ſpecialî, ad evitanda
a. Subtrahit itaq; hoc auxi-
m DEUS illi, relictô or-
ariô, quamvis ſuper-
uralî ac ſufficientî, ſed
itia ſua inefficax illud
t. Ac ſic ad infelicem
igationem peccatorum
enitur, fitq; peccans pec-
um, quô non uno ad
ditionem æternam miſer
o ducitur. Et hinc oritur
tialis habitus, de quo

 fuſius

fuſiꝰ tractabo Doctrina ſe
Menſura peccatorũ & gra

H*Æc eſt amphora egr*
ens, ait Propheta Z
.6 5. v: 6. Quem textum
nelius explicans, dicit:
phora eſt peccatorum,
completâ DEUS caſtigat.
perpendendum, quòd D
ſtatuerit, mẽſurã pecca
mortalium cuilibet ho
quâ completâ, ab eo, no
ijciet, ut reſurgat. Ita
cet cum aliis S: Auguſt
expendens illud Gen:
Necdum enim completæ
iniquitates Amorrhæor
diſſerens Tomo. 9 de
Chriſti c: 4. *A quo ex*
maniſeſtiſſimè inſtruim
docemur ſingulos ſecu
peccatorum ſuorum pleni
nem conſumari, & tum

nvertantur, ſuſtineri, quam-
u cumulum ſuorum pecca-
rum non habuerint conſum-
atum. Hinc infer, quàm
riculoſum ſit, vel ſemel
ccare mortaliter; neſcis e-
m ſi per unum peccatum
um tale, non complebitur
enſura, ſequeturq́; repro-
s ſenſus, nulla correctio,
llaq́; pænitentia. O quàm
vere peccatum mortale de-
nt id circo, qui illud nun-
am commiſerunt, cum i-
orent, num hoc non ſit
urum primum & ulti-
um, ob quod ad æterna
pplicia damnentur, ſpatiô
i ad pænitentiam pro illo
endam non conceſsô.
De menſura verò gratiæ 7.
ctrina eſt Apoſtoli dicen-
Unicuiq; noſtrûm, data

eſt gratia, ſecundùm menſu-
ram donationis Chriſti. Eph
4, 7. Unde perpende, no
eſſe quidem abbreviatã m
num Domini, nec exſicca
fontem gratiarum ipſius; p
ſitam tamen eſſe menſur
ſpecialium & efficacium gr
tiarum, favorumq; eju dem
in numero ei noto, & inte
dum ob ingratitudinem h
minum, ab aliquibus auſe
ri Regnum DEI, & dari g
ti facienti fructus ejus.
ita Chriſtus præcepit Ap
ſtolis ſuis, ut à Iudæis reſp
entibus gratiam, converte
tur ad gentes. Proinde m
nito ejusdem Apoſtli o
temperemus *contemplant*
ne quid deſit gratiæ DE
Hebr: 12. 15. nempe ut u
curatam & ſeriam reflexi
nem

tem ſupra nos ipſos habea-
mus, ne quid in nobis deſit
gratiæ DEI, ſcilicet, ut cum
oblata quavis operemur ſalu-
tem noſtram. Si enim dee-
ſimus gratiæ DEI ſæpe, vel
etiam uni certæ, timendum,
ne DEUS gratiarum efficaci-
um ſeriem reſcindat, quam
nobis paravit, poſt plures a-
lias, vel etiam unam tantùm
certam, usq; ad ultimam gra-
tiam finalem, à nobis obti-
nendam, ut hàc nos tandem
deſtituat, adeoq; ne ſinè hac
recedentes, æternùm gratiâ
DEI & beatitudine Cœleſti
privemur. Ita enim ille pu-
nit negligentes gratias ſuas.
O pænam horrendam! ô ja-
cturám graviſſimam, & in-
felicifſimam !

* *
*

DO.

DOCTRINA IV.

De viis deducentib9 ad p
catum mortale.

1. PRima via eſt ad pe
tum mortale, *converſ*
cum neſariis, & comme
um cum illis qui vel pr
exemplo, vel obſcænîs
loquiîs, vel quòd pejus
conſiliîs & ſuaſionibûs,
ducunt alios ad peccat
mortale, ſive ad ebrietat
ſive ad adeunda loca ſu
cta, à quibus honeſtum
verecundia exulat, & p
nas inviſend. s, quæ ſun
citamentum ac fomẽtum
lerum; affectus etiam, gr
ac amicitiæ, favores, & b
ditiæ, non reiectæ ab in
cen

Via ad peccatũ mortale converſati cum neſariis,

ntibus adoleſcentibus, dum
cidunt in neſarios corru-
ores, qui ipſos trahunt ad
illiciîs, ut innocentiâ ſpo-
ent. *Agn ſcite dilectiſſimi*
alloquor vos cum S: Ber-
ardo ſer. 1. adoleſcentes
nocui) *& expaveſcite con-*
rtia eorum, qui ſalutem im-
ediunt animarum. Horren-
um penitùs ſacrilegium,
uòd & ipſorum videtur ex-
edere facinus, qui Domino
aieſtatis manus ſacrilegas
onjecerunt. Proinde ab his
prædonibus & tyrannis, qui
vos æternum perimere poſ-
ſunt, abscedite, proculq; vos
ab illis removete Declina-
retis latrones, ac his obſeſſa
dumeta, à longè tranſiretis:
ſæviores hîs ſunt illi: latro-
nes enim fortunâ ſpoliant e-

Corruptores innocentiæ, crudeliores latronibus.

 os.

os, in quos incurrunt, ac
ta temporali; illi autem p
tioſo decore innocentiæ e
ere vos intendunt, ac vi
æternam vobis auferre. T
ribilis eſt vobis dæmon,
execramini veneficorum
ſagarum familiaritatem c
eodem. Credite mihi, q
homines nequam, qui v
ad ſocietatem ſecum prav
alliciunt, ſunt inſtrumen
& diſcipuli diaboli, & ſu
rant in arte nocendi anim
bus, infernalem ſuum Ma
ſtrum, peioresq́ ſunt in v
quàm hic. Audite iteru
S: Bernardum ab illis v
præcaventem Sen: l: c: *Mi*
res! tanta eſt malitia, qu
docente diabolo quidam p
verſi diſcunt, ut multas n
quitias per eos in mundo d
mones

pejores dæmone.

ones operentur, quas operata
quodammmodo nequirent
r ſe ipſos, majoremq; pote-
ſtatem habent Sancti viri ſu-
r dæmones, quam ſuper hos
erverſos homines. In hujus
yſterium Dominus convoca-
s duodecim diſcipulîs ſuis,
edit eis poteſtatem ſpirituū
mmundorum, ut ejicerent e-
s: & non dedit eis poteſtatē
uper homines malos. Si ergo
oni adoleſcentes familiari-
tatem cum diabolis abomina-
mini, multò magis hanc cum
nefariis hominibus exoſam
abete. Apud quem factus
eſt dæmon domeſticus, cor-
pus ejus incolens, vel ei ſe
aſſocians, poteſt ab eo depel-
li, Sanctorum orationibûs,
& Exorciſmîs Eccleſiæ; Aſt
te affectu homo nequam
poſſe-

poſſederit, vel comitem ſe
bi adjunxerit, ad nefanda
ducens, tuq; ei adhæſeri
forte nec ſancti Doctores
nimæ tuæ, & probi æt
tuæ teneræ inſtitutores, te
illo avellere poterunt. A
dent jam tales gehennæ i
cendiis, dum fervet in c
de ipſorum nequitia, er
ad illos accedere cave. N
(ut te monet S. Iſidorus
2. ſoliloq) *ante ignem c*
ſiſtens, etſi ferreus ſis, diſſo
ris: proximus periculo,
tutus non erit. Per aſſidui
tem, citò peccat homo. S
pè familiaritas implicavi
ſæpe, quod voluntas non
tuit, aſſiduitas ſuperavit.
non incidiſti, & non incid
per DEI gratiam in repr
bos, qui te ad ſuam prava
fami-

miliaritatem trahunt, quã
u ſtudiis literarum dabis
peram. Aſt incurres in
os facilè, poſt illa termina-
. Poteris ingredi prava
contubernia, nanciſci depra-
vatorum morum collegas, &
ſocios, in aliquo ulterioris
vitæ tuæ inſtituto, & ſi for-
tè tibi erit timore DEI ani-
mato, unius vel alterius ne-
farii declinare commercium;
& repudiare nefandam ami-
citiam, arduum certè vide-
bitur plurium, vel omnium
inter quales vivere poteris,
contra venire nequitiæ, &
non juxta genium illorum
te gerere, præſertim ſi inter
illos aliqui, improbitatem ſu-
am ſpurciſſimam, generis
claritate nobilitent, & præ-
claris tum naturæ, tum for-
tunæ

tunæ muneribûs cohoneſté
vel authoritate poteſtateq; i
te, fulciant, & te ſpe opim
ſortis erigant , favoribûs
ſuîs mulceant. Quid ag
protunc? ſi ſapies , & an
mæ tuæ jacturam incurrer
renues, effer pedem è tali con
tubernio, omni reſpectu emo
lumentorum tuorum tempo
ralium amandato. Nec re
ſpectu labora nefariorum
quorumvis, etiam ſi ſint con
ſpicui , qui DEO Sunt
abominabiles, ut hujus erga
te reſpecctum conſerves,
ejusq; gratiam. Negligaris
licet ab illis, dum illorum
nefanda negliges contuber-
nia, quid tum? ſatius eſt ne-
gligi ab hominibus ſcele-
ſti , quàm adhærere illis,
à DEO autem reprobari &

bijci. Nam ſi illis adhæſeris
ris mox ex illorum inſipi-
ntium numero, qui ad mo-
rem componuntur , optima
rati ea, quæ magno aſſenſu
recepta ſunt, Non ibis, ſed
rapieris ad ſcelera, eoq; tan-
dem devenies, ut te pudeat
non eſſe impudentem. Ta-
liter abreptum ſe fuiſſe pra-
va familiaritate lamentatur
S: Auguſtinus l: 2. Confeſ:
c: 9, *Præceps ibam*, inquit,
tanta cæcitate, ut inter coæ-
taneos meos puderet me mi-
noris dedecoris , quàm audi-
ebam eos jactãtes flagitia ſua,
& tantò gloriantes magis ,
quantò magis turpes eſſent :
licebat malum facere , non
ſolum libidine facti , verùm
etiam laudis. Quid dignum
eſt vituperatione niſi vitium?

ego ne vituperarer, vitio
me fingebam feciſſe, quod
feceram, ne viderer abjecti
quantò innocentior eram;
nè vilior haberer, quòd e
caſtior. Ecce cum qui
comitibus iter agebam
tearum Babyloniæ, & vol
bar in cæno, tanquam in c
namomo, & unguentis pr
oſis. Eò deduxerat pr
Societas Auguſtinum; &
ſi præpotenti Domini d
tera, ab ea ſe avelli permi
ſet, nunquam ad tantum
Eccleſia DEI faſtigium e
ſiſſet, quæ illum ſalutis
ctorem colit, & magiſtr
ſanctitatis adorat, inter p
marios quatuor Doctores
terris & in cælis divina e
ditione conſpicuum; ſed eg
let Profeſſorem in cathed
peſti-

peſtilentiæ, ſeq; & plurimos erudiſſet in arte nefaria, præcipitandæ profundius in perennibus incendiis ſuæ & aliorum animæ. Sed rarò nimium, divinæ gratiæ, è nefariis contuberniis, alii ſe eripi ſinunt, plures, ah plures longè! inter conſpurcatos criminibûs ita ſordidantur, ut æternum fœtere debeant. Si nobis liceret luſtrare gehēnæ barathrum, o quot innocentes olim juvenes, in eo cerneremus! qui poſtquam fœdô commerciô inquinari ſe permiſerunt, ſordibus cloacæ infernalis immerſi ſunt, cum ſuis abſurdis ſociis, nunquam ex ea eruendi. Tu tone adoleſcens, ne ſis ex eorum numero, nefariam fuge amicitiam.

Jam

Invectiva in malos.

Jam ad vos deflecte
mihi liceat ſermonem, co
ruptores innocuæ Juventu
improbiſſimi, quam adh
neſciam labis nivei pudor
ad ſpurciſſimam veſtra
familiaritatem allicitis. Qu
agitis nefarii? abſurda v
luntate, quâ veſtrâ conſp
caſtis conſcientiam, ad
quinamenta fæda ſceleru
trahitis animas innoxi
artemq; has edocetis execr
dam, per quam Angel
pulchritudinis æmulus,
leatur decor innocentiæ
ſordibûs abominandis neq
tiarum, illæ ſcateant. Si p
ximo aureum nummum ſu
riperetis, ſpem ſalutis ob
nendæ non haberetis, n
facta illius reſtitutione. E
pitis innocentiam ado
ſcenti

centi tenero, puritatem,
charitatem, gratiam DEI, &
nâ cælum, qua ratione in-
juriam tantam ſarcitis? Ah
m, nec vos, nec quivis
lius pro vobis, reparare po-
rit jacturam tam enormem!
nnocentia perdita ſemel,
ternùm perdita eſt. Vide
njurioſiſſime nebulo, quàm
rave damnum intuliſti in-
ocuo, dum hoc eſt irrepa-
abile, Injurius es, & in
hriſtum: rapuiſti enim ei
nimam, tam charam, quæ
us Sanguine ſtetit. Hôc
ſe ſtolam innocentiæ colo-
vit, quam tu detrahere
doleſcenti, illâq; ipſum ſpo-
re, prædo nefarius, au-
s es, amplius nunquam
umendam, poſt quam ſe-
el eſt depoſita. Ergo

pretium ſanguinis Chri
ita violaſti improbe, ut i
eodem diteſcere & exorn
nunquam poſſit anima. C
disnè futurum, ut DE
dimittat injuriam, quæ t
topere eum afflixit? vel p
tiùs, poteſne dubitare, q
vindictas jacturæ æqu
ſumpturus ſit à te? qui il
author exſtitiſti. An n
meritò tibi timendum,
æquè tibi, ac olim Ca
dicat: Sanguis miſeri h
Abelis, nempe hujus in
tis, tui, ac mei fratris, q
interemiſti, auferens ei
puritate, vitam gratiæ,
me clamat, & vindictam
te ſumendam petit; poſſu
eam negare? redde mihi
tionem ſangvinis hujus
noxii, quem jngulaſti,
poti

potiùs mei, quem profanâſti, hujus virtutem inutilem reddidiſti. Tu voluiſti oſtendere, te majori poteſtate pollere, animas ſpoliandi, & ad damnationem præcipitandi, quàm ego habeam, eas ad ſalutem æternam perducendi. Quid ad has exprobrationes reſpondebis? Ah! DEUS ipſe, non putavit ſe nimium facere, dum ſangvinem, & vitam ſuam immolavit ad ſervandã animam, veſteq; innocentiæ decorandam. Tu verò corruptor nefarie, cupiditatem tuam immolare non vis, ad ſempiternam animæ perniciem impediendam. & ad innocentiam alienam conſervandam. DEUS charitatis, ſe victimam obtulit,

ut animam ab æterno v
dicaret interitu; & tu Ch
ſtianus, victimam illam
cis tui bruti facinoris,
æternas ei miſerias inveh
Ut exitialis tui delicti cl
ùs agnoſcas perniciem, qu
latè ſe hæc extendat, vi
Corrupiſti unum adoleſc
tem, corrumpet hic ali
facilè, & a te eruditus
nequitia, doctor in hac m
evadet, (non ægrè e
diſcuntur ſcelera, & in
breve tempus, ita diſci
inſtituuntur in nequitia
ſtatim in eadem præcep
formari queant) iſte a
adoleſcens, mox alteri d
bit probrum, hic ad ali
illud promovebit protin
ac ita ab uno corrup
primo, in plurimos ſe
co

ntagio, jacturaq; in multos
valeſcet innocentiæ & gra-
æ. Ex quibus aliqui, licèt
nc reſtaurarent cum di-
ino auxilio, innocentiam
ullus unquam reparare po-
rit; plurimi autem utroq;
ecore amiſſo, evadent ex
iliis DEI, & ex innocenti-
s Angelis, monſtra dia-
oli & mancipia, hujus
terno ſupplicio addicendi.
t tu primus corruptor
noxii adoleſcentis, illorum
mnium, uti maximi detri-
enti, ita & æternæ dam-
ationis cauſam te feciſti.
quot animarum jacturæ
reum reddidiſti! o quot
æ, barathri infernalis in-
ndiîs abſorptæ, maledicta
mentabilia, & horrendum
in te evoment pertotam

æternitatem!

2. *Secunda via negligens cuſtodia ſēſuum, oculorum præſertim.*

Secunda via ad pecca
mortale deducens, &
movens, eſt negligens c
dia ſenſuum, oculorum
cipuè liber usus. Non
certè damnato in inferno
curioſum aſpectum in
dicens: ah me miſerum
vidi perii. Nam Oculi
ſunt merum virtutis pe
lum teſte Celada, conſeq
ter & ſalutis æternæ.
inde, ſicut peſtis tem
portas Civitatis, & d
rum januas diligenter c
dire neceſſe eſt; ita
oculi ſint cordis januæ
dam, meritò ſingularem
iis claudendis ſuo tem
curam habere convenit
contagio aliqua, per
penetret in animum.

cut fæneſtræ domûs effra-
æ, nec pluvias arcent, ac
utredini ædificium expo-
unt; ita ſi oculi ad omnem
curioſitatem pateant, mens
ſordibûs impletur, & cogi-
tationum peſſimarum fit re-
ceptaculum. Invigilare itaq;
boni adoleſcentes oculis ve-
ſtris accuratè diſcite, nec
viſum per quævis objecta
diſſipate, nè quid per illum
in animam & cor veſtrum
ſubintret, quod iſtud inqui-
etare poſſit, illam autem con-
ſpurcare queat. Stultum ſanè
judicaretis illum, qui pere-
grinum aliquem in domum
admitteret, quem ſciret pa-
cem domeſticam perturbatu-
rum, & ipſum dominum
ſauciaturum, ita inſipiens
meritò videri debet qui per

oculos, neſcio quæ curio
objecta in animum adm
tit, à quibus pax inter
turbatur, & anima ſauciatu
Jta ſtultum ſe fuiſſe fatetu
& lamentatur quidam ap
Jeremiam Thren. 3. v.
cum dolore dicens: *Oc*
lus meus deprædatus eſt an
imam meam, non quòd oc
lus ejus, ipſe prædo anim
ſuæ exſtiterit, ſed quòd c
rioſiùs & liberiùs defige
pupillam in objectum, q
illam occludere debuerat, i
objecto ingreſſum ad intim
cordis aperuit quod anima
ipſius fædè laceravit, ſpoli
vitâq; gratiâ divinâ, pro
ibidem explicatur ſtatim
Proinde deprædatio ocu
tribuitur, qui prædone
adſcivit, huic portam aper
ens

s palpebrarum Cavete
omini mei, nè & veſtras
nocuas animas, oculus in
utus, vel curioſè vagus,
liter deprædetur.

Non ſolùm porro claudi 3.
bet pupilla imaginibꝰ bel-
à natura expreſſis, ſed eti-
n non profundendus aſpe-
us in eas, quas artis picto-
penicillus adumbravit, ſi
inverecundiæ famulatus.
pictores nefarii, qui artis
ſtræ ingenium exeritis ad
menta nequitiæ ſpectatori-
s proponenda! o domini
ium improbi, qui in pari-
bus harum ſuſpēditis pro-
rum illicia! A vobis exi-
t diſtrictus Iudex innocē-
m animarum jacturam, quā
s veſtra nefanda ſpectacu-
ntulerunt. *Refert Ioſephus*
Carme-

Ab aſpectu imaginū non verecundè expreſſarū cavendum.

Pictores ta- tũ imagi- num grabiſ- ſimè à DEO puniendi.

Carmelita tomo 1. l. 4. c. 2
de quodã pictore non imp
tæ manus, qui in quodam
ordinis cœnobio, plurium
litum imagines pinxerat.
animi pii affectione, ut o
pecuniam ſuo labore com
ratam, Religioſis, in ſuis
mis tabulis aſſignaret; ſ
atq; áb iiſdem pro ſe mor
preces, & ſepulturam ex
geret. Eô paulò poſt mor
cum quidam è monuſteri
templo noctu oraret, anim
ctoris flammîs cincta, app
it, & harum acerbitatem
gno ejulatu & fletu decl
vit. Rogata tanti incẽdii
ſam. Corpore, inquit, eg
ad Divinum tribunal ſui
cta, ubi me plures anim
ſpectabant, accuſaturæ t
cujuſdam à me juvene p

im

imaginis, ob cujus aſpectum nunc æternùm in inferno luerent. Cohorrui, & ob imminens perenne ſupplicium, vehementiſſimè perterrita, circumſpexi triſtis & anxia, nũ aliquem Patronum cauſæ tam afflictæ nanciſcerer. De repẽte adfuêre plures ſancti, quorum icones, dum vixerã pinxi, ſeq; meis opponentes accuſatoribus, ajebant, illam imaginem à me juniore fuiſſe pictam; dein pœnitentem facti, ut ſcandalum datum ac damnum oculis aſpicientibus illatum, reſarcirem, operam omnem, ac artem, in ſanctorum vultus peritè effirmandos, impendiſſe, ſicque cultum divinum ac pietatem plurimùm promoviſſe:

moviſſe: inſuper omnem p
cuniàm viris religioſis don
ſe, ut hi, benefactoris ſui n
immemores, divinæ miſer
cordiæ pro defuncto ſupplic
rent, atq; horum preces & ſ
crificia pro eo oblata, ſe c
mentiſſimo & æquiſſimo Iu
ci offerre. Hîs quidem plac
tꝰ Iudex fuit, imperavit tam
flammîs purgantibûs tamdi
me torqueri, quamdiu illa
mago, tot animarum pernic
es, proſtaret. Atq hæc eſt ca
ſa, cur te convenerim, nim
rum, ut te precibûs, quib
poſſim, rogem mei miſertu
protinus eum accedas, à q
hæc imago maledicta conſe
vatur, jubeasq; illam qu
primum flammis dari; ut v
rò is tuis verbis fidem hab
at, nuntia, duos ejus filio
intra

intra menſem morituros, quòd ſi renuat divino obedire mandato, eum filiis mox ſucceſſurum, morte repẽtina tollendum. Imaginis illius dominus, ut hæc audivit, perterritus, manum vindicem experiri noluit, quare illã ſtatim flammis injecit, nè ipſe arderet. Defuncti ſunt paulò poſt duo filii, Pater verò ſibi placãturus Iudicem vivorum & mortuorum, de ſuis ſceleribus, dum vixit, pænitens doluit, atq; ut plurimos poſt mortem poſſet habere patronos, plurimorum Sanctorum imagines, ſuo ære pingi curavit. En hic pictor, ob unam imaginem inverecundam, à ſe in juvenili ætate efformatam, vix flammas inferni evaſit, eò quòd plures
illius

illius aſpectus in illas pr
pitaverit, & hic imagin
ſtius nefandæ dominus, q
unicam talem conſervav
certò ſi illam incendio
deſtinâſſet, huic perpetu
inferno ſe ipſum addixi
Vos autem pictores ſpur
mi, quæ gehenna manet
veſtrô penicillô, plurim
jusmodi imagines extru
in publicum ad innum
rum perniciem! & vos d
ni, barathrum perenne
ſtolatur, qui ædes veſtr
exornetis ad admiratio
ſpectatorum, fœdîs illa
cturîs conſpurcatis! ut n
poſſit ingredi ſolaria v
triclinia, & conclavia,
eris inconcuſſa, & ab omni mentis tempeſtate emerges, in ſumma cordis malacia vitam ducens. Talem pacis acquirendæ modum, ipſa ſapientia æterna docuit, S. Catharinam ſenenſem, uti de ea refertur in Dialogo. *quæ cū à DEO ſuppliciter peteret ut ſibi oſtenderet modum veram pacē animi obtinendi, à Chriſto ſibi apparente audivit, breviſſimam eſſe viam ad dictum finem, ſi & crederet eſſe DEUM potentiſſimum,* atq; adeo ſine *ejus permiſſione nihil ſibi accidere poſſe: & ſapientiſſimum, qui ſcit omnia, quæ accidunt, in bonum convertere; & optimum qui nihil, niſi optimum cuiq; eſſe judicaverit permittat; adeoq; ejus prehendendam voluntatem in*

omni-

omnibus. Imbutus erat hac ſalutari doctrina. *Alphonſus Aragoniæ Rex, qui aliquando interrogatus, quem in hoc orbe beatum eſſe crederet? reſpondit: eum qui ſeipſum ſumma pietate & affectu, Deo committit, & ea, quæ illi obveniunt, non aliter quàm rē à Deo factam laudat & acceptat.* Imprudens votum ſanè eſt, quod erga Parentes, amicos & Benefactores depromimus, ad declarandam erga illos gratitudinem, vel benevolentiam, dum illos ſic ex animi propenſione compellamus. *Deus tibi det quidquid velis, vel proſpere tibi cedant omnia, quæcunq; intēderis.* Sed dicendum potius: *Det DEUS tibi quod illi placet, & ut facias id, fiatq; tecū,* quod

Ea non niſi nobis bona ſunt, quæ ex DEI voluntatis placito, nobis tribuuntur vel obveniunt.

quod ipſe vult. Cùm enim optima ſtudeamus precari illis; meliora non poſſumus vovere, quàm ut DEI placitum in ipſis, & cum ipſis fiat, ipſiq; hoc exequantur: cum in hoc pax vitæ in terris & beatitudo conſiſtat. Nec nobiſmet ipſis, debemꝰ optare, quidquam, niſi id, quod DEUS vult; proinde nec firmam valetudinē præ ægra & debili, nec vitam lōgam præ brevi, nec ſucceſsus felices in negotiis præ infauſtis &c. non deniq; quidquā proſperum præ adverſo appetamus: verum in id unicè deſideria noſtra ferantur. quod DEUS vult nobis cōferre, vel in nos immitti deſtinat, rati id nobis eſſe optimum, quod á DEO ſummè bono,

Nihil optandū, niſi quod DEO placet.

Dotibus & Talentis ex DEI placito contenti ſimus.

bono, nobis optimè provide-
re volente. promanat. Pari-
ter iîs, quibus donati ſumus
dotibûs, contenti vivamus.
Tu nactus es natales conſpi-
cuos, ingenium ſublime, me-
moriam promptam, facundi-
am oris gratam, fortunas pa-
ternas optimas, &c. lauda
Dominum, & ab eo gratè ac-
cepta tanta munera, nõ ideo
tamen quòd tibi arrident, &
quòd te ſupra alios plurimos
extollant; ſed ideo, quod
DEO placuerit, illîs te locu-
pletare: nam non in illis ſi-
ta beatitudo vitæ præſentis,
verùm in Divina voluntate.
Alius verò deficit in his o-
mnibus, vel aliquibus deſti-
tuitur; & hic Dominum de
prædicet, nec ſe infælicẽ pu-
tet; cùm infelicem eſſe, non
ſit

Beatitudo in terris eſt, in Conformitate cũ Voluntate DEI.

ſit illîs donîs privari, ſed à
DEI voluntate aberrare: hāc
ſequatur, & beatus erit in
ſua obſcuritate munerum.

Quia verò impedimentum 2.
eſt conformitatis cum vo-
luntate Divina, voluntas pro-
pria, quæ ſeipſam regit pro
libitu, ab illa autem ſe regi
non permittit: de hac
propria voluntate quàm no-
xia nobis ſit, dicendum, qua-
tenus repudiato ipſius ductu,
plenè & ex integro Divinā
ſequatur. Liberum quidem
nobis DEUS contulit arbitri-
um, poſſumusq; pro placito
noſtro hoc vel illud eligere,
ſed nè ad perniciem noſtrā,
quidpiam eligamus, neceſſe
eſt, ut voluntas noſtra, Di-
vino nutui ſe accommodet,
cùm hæc ſola, (ut dictum
jam)

Voluntas noſtra non ſe ipſam regat, ſed DEI voluntate regatur, ne erremus à ſalute æterna.

jam) benè providere nobi
norit. Itaq; ne erretis Domi
ni mei, à bono, quod uni
cum & ſummum in ſalut
veſtra œterna conſtitutum
eſt, ſtudete. nè ſe ipſam vo
luntas veſtra gubernet, Tal
enim gubernium perniciosiſ
ſimum eſt homini, *dum abi*
vagus in viam cordis ſui; n
ſi non regitur voluntas ſu
à DEO, regitur ſuîs inclina
tionibûs pravîs, qualibûs na
tura corrupta abundat. In
puerili ætate hæ inclinatio
nes ſe non adeò produnt, ſed
hac creſcente, creſcunt; cô-
primendæ ergo ſunt, nec il-
lis voluntas permitttenda, nè
id ad quod illæ propendent
ſequatur, vel à quo abhor
rent, fugiat, ſi hoc DEO ſit
placitum, illud verò Deo di
ſpliceat.

Inclinationibus pravis Voluntas noſtra nè regatur. Quibus à tenera ætate reſiſtendum.

ſpliceat. Aſſueſcite autem adoleſcentes, in minoribus, non reſpondere propenſionibûs veſtris, verùm eas frangere in iis, ad quæ paſſim ætas veſtra proclivis eſt, utì in levitatibus & nugis, in verbis inutilibus, vel iracundis, in neglectu devotionum in garrulitate in ſacro loco, in indulgentia ſenſualitatî per immoderatum ſomnum, cibum & potum, in curioſitate oculorum &c. ut poſtmodum dum ad majores noxas vos illæ ſtimulabunt, côpeſcere illas poſſitis; Diſcite vivere non belluarum vel pecudum more, quæ quocunquè illas fert ſuus naturalis inſtinctus, illuc feruntur: aſt vos ratione eſſe prædîtos noveritis, quæ voluntatem ve-

ſtram, juxta primam ho
ſti regulam, nempe Divina
voluntatem, dirigat. No
omnes ex vobis, æqualiter,
pares à natura inſitas hab
paſſiones; ſed alii ſunt ad fe
vorem iracundiæ proni,
prædominio in illis choler
alii ad tetros mærores & a
guſtias cordis, ex prædom
nio humoris melancholi
alii ad nimiam & inordin
tam lætitiam, ex abunda
vividi ſanguinis, alii ad p
gritiem, & iners otium,
prædominio & plenitudi
phlegmatis, aliquos odia f
lè commovent, & averſio
certis perſonis, arcet, aliq
immoderatè propendent
nonnullas, alii ad fraud
dolos, & mendacia prop
luntur, aliqui candore in
ſulto

ſulto ſe cuiq; effundere pa-
ati &c: Qui affectus ex his
n vobis exuberent. & qui
vos commovere ſoleant, dili-
genter advertite, eosq; hero-
câ frenare curate victoriâ.
Si enim illis vos ſubdetis, ita
ut voluntas veſtra iîsdem ſe-
ratúr, ad nefanda ſenſim, &
ad enormia vos crimina cō-
pellent. Auditis de colluvie
ſcelerum, quæ in animis ho-
minum fæde ſcatet. Intelligi-
tis, aliqua abſurda delicta,
quæ patrantur ab hominibꝰ,
intelligetis poſtmodum a a
fædiora plurima. Perſpecta
vobis ſunt ſordida ſcelera,
furti, latrocinii, rapinarum,
tumulentiæ, & immania, ho-
micidii, avaritiæ, injuriæ &c:
tum execranda, ſuperbiæ, fa-
ctûs, jactantiæ, contemptûs

Inclinatio-
nes pravæ
ſeu paſſiones
in domitæ,
ad nefaria
quæ vis fa-
cile trahunt
voluntatem.

aliorum &c: Et unde h
infauſtam & abominabil
traxerunt originem? à prav
naturæ inclinationibus,
quod his voluntas huma
ſe ſubjecerit á tenera æta
adhuc, in parvis quidẽ p
tunc, illorumq; minutiis,
pote grandium noxarum
capaci adhuc, ſed adole
cum annis improbitas,
resq; ſumpſit, cum incre
to corporis, nequitia. Ta
demq; ad hoc devenitur
aſſueta agi ſuîs indomitîs p
ſionibûs voluntas, habit
aſſumat, iis indulgendi eti
in enormibus facinoribu
ita ut avelli ſe ab illis non
nat, & recti judicii dicta
nibûs, & rationibûs hone
& amicorum conſiliîs, &
thoritate pollentium moni

Iiſdem conviventia generat habitum, difficile ſuperabilem.

& Iudicum ſententiîs, intẽratîsq; per has feralibûs ſupplicîs, nec deniq; continuîs inſtinctibûs divinîs, & remorſu indeſinenti conſcientiæ, nec demum coram Deo & hominibus fœda labe ac ignominia, tandem nec DEI amore & timore, nec hiante contra ſe inferno, tortorumq; infernalium pavore. Reſpondere ſolent ad talia ſibi propoſita ab aliquo, vel à Confeſſario, vel à benevolo alio monitore, hi infeliciſſimi mortalium. Ah! jam nõ poſſum reſiſtere propenſioni meæ. Video, ah video! quo devenerim infelix, quibus periculis animam involverim: agnoſco iniquitatum mearum ſpurcitiem, penetro detrimenta, novi, quod iram

DEI continuò cõtra me pro
vocem, & juſtitiam Divin
vindicem accelerem, infer
niq; ferventiora incendia i
dies mihi excitem. Sed im
poſſibile eſt, ut vehement
inclinationis pravæ coerce
quæ me ab adoleſcentia n
ſibi ſubegit, ac devictum t
net; velle debeo hæc, qu
illa appetit, etſi ſciam p
hoc meum infelix velle, re
bellem me fieri Divinæ v
luntati. Mentiris in caput tu
um, qui hoc dicis, & alie
à ratione, fatuorum mor
profers. Nunquid compe
vel catenas quiſpiam liber
tuo arbitrio injicit, inord
nata tua affectio? nunqui
veluti funibus te adſtrictu
tenet? ut voluntate tua
neqveas ad honeſta, & Di
vino

vino placito conformia? Manet illæſa in quovis paſſionum tumultu libertas humana, non tollitur, tempeſtate commotorum in corde affectuum: ſed ſolùm gravem & arduam cùm his luctam experitur, poſtquam ſe illis non ſemel ſubdidit, nè amplius iisdem conſenſum præbeat. Tu ergo ſtolide, cenſes te non poſſe, quod tibi eſt difficilè. Verùm quidem eſt, quòd *nihil tam firmum ſit in rebus humanis, quam veteris conſuetudinis tyrannus.* Uti recte ſentit, D: Chriſoſtomꝰ. Aſt tyrannus hic non adeò ſævus eſt, ut te captivum habeat, ac ſui juris reddat. Excutere jugum illius potes, ſi aſſumes animum heroicum, invocatô Divinô auxilô. Ad

tres dies ab initio, arduo te
cum inclinatione tua prava
committe certamini, & dum
victor evades per hos, ite-
rum alios tres ad prælium ti-
bi deſtina, experieriſq; in di-
es leviorem luctam, & feli-
ciorem victoriam: & eò tan-
dem devenies, ut nefanda
conſuetudine per quam inor-
dinatis propenſionibus more-
geris, proſtratâ, tranquillita-
tem cõſcientiæ obtineas, pa-
ſſionibuſq; non repugnanti-
bus, pacatè Divinæ volunta-
ti inſiſtas, te ab illis revocan-
ti, ad quæ te illæ ſuo vehe-
menti impetu compellebant.
Hic modus eſt ſalutaris & ef-
ficax, quô olim *D. Bernar-
dus inſignem Prælatum quē-
dam, à conſuetudine fæda cer-
ti peccati avocavit. Petierat*
ab

Modꝰ eradicandi pravi habitus.

*ab hoc imprimis S. Doctor
multoties, ut reſipiſceret &
ageret pœnitentiam, dumq; ſe
non poſſe reſiſtere propenſioni
ſuæ, longo uſu in eam aſſenſus
inveteratæ, aſſereret. Sic cum
illo Divus procedit; Alloquitur
illum: ſi non vis Domine mi
pacem cum DEO, rebellis e-
jus voluntati, ſaltem facias
treugam. At ille quâm? Re-
ſpondet Divus. Abſtine tri-
bus diebus ab hoc opere illi-
cito ob amorem DEI. Et ſic
fecit. His completis, dixit S.
Bernardus; modo aliis tribus
diebus abſtineas, amore Bea-
tiſſimæ Virginis Matris MA-
RIÆ. Quod etiam fecit. Poſt-
modum aliis tribus diebus,
abſtinuit pro amore Apoſtolo-
rum. Et iterum poſt tres, ob
amorem Martyrum. Et tunc*
tri-

tribus ob amorem confeſſori- Deinde ob amorem Sanctar- Virginum. Et poſt, amore An- gelorum. Et his omnibûs ſe- ctîs, Prælatus ille dixit Ber- nardo. Nolo modo treugam facere, ſed pacem. Leve enim mihi eſt de cætero abſtiner- & ſic malam conſuetudine- poſtpoſuit, & poſtmodum vi- tam rectè terminavit. Aſſu- mite quæſo hanc methodum vos omnes, quorum volun- tates, prava & inveterata conſuetudo gubernat, & ſui violentîs regit imperiîs, & diſcetis hunc domeſticum hoſtem, infenſiſſimum ani- mabus veſtris. ex his tollere eôq; ſublatô, pacem cum Deo obtinebitis, non refractarii effecti Sanctiſſimæ ejus vo- luntati. Quiá tamen ardua

adhuc

adhuc ſunt hæc, licet lenta certamina, & rari reperiuntur, qui ſe ad ea generoſo auſu reſolvant, licet reſolvere deberent omnino omnes, ſi mancipia diaboli in æternum fieri, horrent, rectiùs & ſalubrius agetis vos innocentes animæ, dum conſurgentes in veſtra tenera ætate inclinationes pravas, comprimetis ſtatim, nec permittetis, ut cum annis invaleſcant. Si autem, quod Deus avertat propenſioni nequam aliquando aſſenſum præbebitis, protinus, non expectato ſolenniori die, expiate conſcientam, ad quam emundãdam, unum Confeſſarium eligite, cui anima veſtra pateat, qui ſciet eliminare ex conſcientia veſtra noxam, ita

Ad vitandũ pravũ habitum fiat ſine mora Confeſſio peccati pꝗ; unus ſtabilis confeſſarius.

ut

ut amplius non redeat ad il-lam; quod etiā omnino præſtandum eſt ab inveteratis in malo, ac alicui peccato aſſuetis, nam dum hi mutant & variant Confeſſarios, & conſultò, ut à pleriſq; fit, tales quærunt, quibus ſua perſona non ſit cognita; directione debita animæ ſuæ deſtituuntur, & hábitum noxium non erádicant, mox à Confeſſionali, redeuntes ad nefas, velut canis ad vomitum, vel ſus ad volutabrum.

Habituati in peccato, ut illum tollant, unum ſtabilē confeſſariū habeant,

Adhuc & aliud medium propono iis, quos inveterata conſuetudo poſſedit, quæ

3\. methodus, etiam vobis innocui adoleſcentes proficua erit, ad arcendum à vobis nefarium habitum procul, ne vel primum pedem ponere

in

in conſcientiis veſtris audeat, ac ad conſervandum innocentiæ veſtræ nitorem. Jſtud autem medium à patrocinio SSmæ DEI Matris, ejuſq; quotidiana invocatione, modô, quem proponebát olim P. Nicolaus Zucchi Societatis noſtræ Sanctimoniâ vitæ Romæ celebris, ac Sacra ſcholaſticaq; eruditione inſignis. Audite hiſtoriam in vita hujus magni viri, à Patre Tanner pariter Societatis noſtræ, ad exemplum & doctrinā ſalutarem propoſitam. *Acceſſit aliquando ad dictum Venerabilē Patrem confeſſionis gratiâ nobilis adoleſcens, è longa per varias partes orbis infidelium & omnis generis ſectarum, peregrinatione, Romā delatus,*

Ad tollendū pravū habitū, vel impediendū, ac ad conſervandam innocentiam; patrocinium Beatiſſimæ efficax; ad quā propter eū finem devotionis quotidiana modus proponitur.

quarū

quarum omnium vitia ubi
collecta, præſertim omne genu
ſpurcitiarum, videbantur eju
pectore ſedem fixiſſe. Audi
vit illũ non aliter quàm fili
prodigum ad Patrem. reverte
tem à ſiliquis percorum, in
genti patientia & compaſſio
ne: & quia videbat tanta aſ
ſuetudine appetitûs ſuos ſe
quendi, & nihil corpori ne
gandi, ad quod prava inclina
tione propenderet, obduratũ
non tam facilè & repente, in
eas ſpiritûs vires, aſſurrecturũ
ut poſſet & vellet inveteratas
omnes conſuetudines & ſug
geſtiones intra ſe, & occaſio
nes, foris excutere: impenſe
animatum hortatus eſt, ne
quantovis in eadem, & quæ
vis alia ſcelera relapſu, ani
mum & ſpem emergendi abji
ceret,

ceret, ſed ad confeſſionis remedium conſtanter recurreret, promptum ſe reperturus, quoties audiri vellet. Benignitate hac plusquã paterna, citra ullam ſui reprehenſionẽ vel acrimoniam, ineſcatus animus generoſus, fideliter ad eundem dictum Patrem sẽper recurrit, licet nihilò aut parùm unâ quàm alterâ cõfeſſione melior, in quo inveteratus habitus, in quandam neceſſitatem tranſiverat. Maximus indè Patri naſcebatur dolor: qui tandem modũ ſuggeſſit adoleſcenti pleniſſimè emendandi, ut videlicet eum integrè conſignaret in manus Beatiſſimæ Virginis, quæ eſt Refugium peccatorum. Igitur proximè reverſum ad faciendam exomologeſin, illa peracta

ſic

ſic affatur. Fili mi, pro bo-
no & animæ ſalute, invicem
omnis ſatisfactionis & reme-
dii, cupio tibi in Dominam
& Matrem aſſignare Beatiſſi
mam Virginem, quàm ſi ac
ceptas & revera cupis ei vi
ciſſim exhibere te ſervum &
filium, experieris certiſſim
ejus protectionem, & auxili
um vitæ emendandæ neceſ
ſarium. In ſignum autem ſin
ceræ acceptationis, non plus
exigo, quàm ut mane quol
bet, ut primùm conſurgis di
cas unum Ave MARIA. in
honorem ejus puriſſimæ Vir
ginitatis, & hæc addas. Do
mina & Mater mea, in fide
& ſignum meæ ſubjectionis
conſecro tibi hodiernum di
& dono oculos meos, aur
linguam, cor, & totum me

itaq;

itaq; per hanc diē tuus ſum integrè, tu me defende, ac poſſide tanquam tuum. Idem repetendum erit ſub crepuſculum veſpertinum, adiectô triplicî terræ oſculô. Quod ſi eo die vel nocte ſentias te inclinatione prava, áut dæmonis tentatione impelli ad quidpiam illicitum, dicito continuè. Domina recordare, quod tuus ſum, tuere me, tāquam rem tuam propriam. *Nobilis adoleſcens, tam facili, & teneræ pietatis remediô, adverſum tam enormia mala captus, pleno corde obſervaturum ſe illud recepit, & paucis diebûs, alias adhuc luſtraturus Regiones, cum æqualibus, accepta Patris benedictione diſceſſit. Poſt novum peregrinationis quadriennium,*

Oo Romā

Romam relatus, ad Patrem
Nicolaum confeſſurus rediit
cui, aure conceſſa, videbat
n ihi, ajebat Pater, audire cō-
feſſionem ſancti & innocen-
tis hominis; atq; ex eo nō ſi-
ne ſtupore quærens, unde tan-
ta eſſet morum mutatio; au-
diit in tenerimas effuſum la-
crymas reſpondentem, devoti-
onem erga Beatiſſimam Virgi-
nem ab ipſo præſcriptam, &
à ſe fideliter obſervatam, id ef-
feciſſe; ſenſiſſeq; ab ejus invo-
catione, quoties tentatio in-
grueret, cor ſibi & animum
ad reſiſtendum addi, ut nun-
quam ſuccumberet. Hoc exem-
plum cùm alicubi retuliſſet
V. P. Nicolaus in quadrage-
ſimali dictione. Tribunus mi-
litum fœdis affectibus perſonæ
cujusdam implicitus, id audi-
ens.

ens, quia imitatu facilè judi-
cabat, & cœno abominabilis
vitii emergere cupiebat, ſe-
quendum ſibi propoſuit. Et
adfuit illico DEIparæ gra-
tia, ut pariter illa perſona
cōmota fuerit, inhoneſtæ cō-
ſuetudini nuntium remittere.
Ergo ipſe inſtituta ad proxi-
mum Paſcha ſeria confeſſione,
in quotidiana illa devotione,
& inviolata propoſiti obſer-
vantia, conſtans permanſit do-
nec ſemeſtrî elapſò, cupiditas
ſubiit experiendi, an pariter
illa perſona vitæ melioris te-
nax duraret, an fortè alicu-
jus alterius affectibus ſe im-
plicuiſſet: dūq; dæmonis fal-
lacia, in certum relabēdi pe-
riculum, deceptus, veſpere
quodam domum illius acce-
dit, & à nemine obſervari ſe

 vi-

videns, manum jam aperiendæ januæ admovet, ſentit ſe intimo animi remorſu ad abſtinendum commoveri: quô compunctus, elatis ad Virginē Sanctiſſimam oculis Domina adjuva *exclamat,* quia ſum tentatus. *Et ecce eodem momentô advertit, ſe brachiô inviſibilî, manu prehenſum, à janua retrahi, & ad proprias usq; ædes reduci, ubi relictus ſibi, cum undiq; auctorē fruſtra circumſpiceret, factū demum indubitatè Genii alicujus cœleſtis credidit. Ex eadē devotione cùm effrenis adoleſcens, in morigerum prorſus evaſiſſet, Mater ipſius gratias Patri Nicolao multîs lacrymîs relatura, Collegium acceſſit, quod filium ex diabolo Angelum, hoc medio (quod*

è filio

è filio fortè reſciverat) effeciſſet.

Sanè modica hæc eſt devotio ad Sanctiſſimam Parentem, & tantæ efficaciæ ad tollendam nefariam conſuetudinem, vel arcendam, ac etiam ad conſervandam innocentiam: quod ego ipſe non in uno meo pænitente, cui hanc devotionem injunxeram, ipſeq; illam conſtanter uſurpabat, ex divina gratia expertus ſum. Hanc ergo Domini mei, in quocunq; ſtatu conſcientiæ eſtis poſiti, aſſumite, & ſpem habete in auxilio magnæ DEI Matris, quia hujus ope, vos, qui pravam conſuetudinem, & habitum nequam cœpiſtis induere vel jam induiſtis plenè, ut inquam illum exuatis, facilî negotiô, & abjiciatis

procul ab animo. Jn vobis autem innocui adoleſcentes, quos per DEI bonitatem, aſſvetudo nequam non tetigit recurſus ejuſmodi ad Pretioſiſſimam DEI Matrem, id præſtabit ut non tangat, adeoq; tam vos, quàm illi protecti auxiliô Matris DEI; & veſtræ; Divino vos beneplacito conformare, reliquâ vitâ veſtrâ ſine difficultate curabitis, corruptæq; naturæ inclinationes fœdas ſtrenuè repudiabitis, nè vos à Divina voluntate avellant.

Pro coronide hujus doctrinæ, adnecto pactum fœderis perpetui voluntatis humanæ cum Divina, per Orationẽ ſequentem, quotidie recitandam.

PA-

PACTUM FÆDERIS
Cum voluntate Divina voluntatis humanæ.

Voluntas tua DEUS meus, per quam, & propter quã creata ſunt omnia, eſt primũ principium, à quo totum hoc, quod ſum & poſſum, habeo: eſt finis ultimus, ad quem tẽdere debeo, eſt unicum beatitudinis centrum, in quo ſecurè & feliciter conquieſcere valeo. Hujus ductum, ſi ſequor, omne malum ſupero, omnes affectus edomo, omne bonum conſequor. Hujus mandatum, ſi exequor, omne peccatum aufero, omnes virtutes adipiſcor, omnem legem tuam adimpleo. Hanc proinde nũc & ſemper cernuus honoro, adoro, & revereor. Hanc credo

Rectricem univerſi. Hanc æſtimo ſuper omnia. Hanc laudo, benedico, & glorifico. Pro ejus regimine in omnibus tam proſperis quàm adverſis, Tibi DEUS meus infinitas ago gratias. In hac omnem ſpem & felicitatem repono. Ipſa eſt tota fiducia mea, in omni occaſione mea. Huic me totum nunc pro ſemper in perpetuum mancipium offero, dono, dedico, & conſecro. Hujus decretis, & diſpoſitioni, me cum tota univerſitate, regendum plenariè trado; & reconſigno. Gaudeo animitus, & Tibi o DEUS cōgaudeo, quòd in cœlo à Beatis ſpiritibus, & in terra à juſtis voluntas tua integrè perficiatur. Cōdoleo autem, & compatior, quòd voluntas dæmonum, damnatorū

& peccatorum, etiam num voluntati Tuæ repugnet. Quia tamen eidem nullatenus reſiſtere poteſt, nec ulla adverſa creatura, finalem ejus ordinationem effugere valet, plurimùm lætor Tibiq; congratulor. Meam porro perverſam voluntatem tuæ optimæ volūtati o ſummum Bonum! frequentiſſimè contrarium fuiſſe, ex corde triſtor, & doleo. Sed jam ab hinc voluntatis tuæ præcepta, in omni actione paſſioneq; mea, efficaciſſimè exequi, tua nixus ope, firmiſſimè propono, ſtatuo, & enixiſſimè appromitto. Odi, fugio, deteſtor, abominor omne peccatum, & quidquid voluntati Tuæ Sanctiſſimæ diſplicere cognoſco, vel cognovero. Propter hanc, me ipſum abne-

go, & propriæ voluntati me
abrenuntio: optoq; cordicitu
ut hinc in me, non mea ſ
tua voluntas fiat, in cujus o
mni beneplacito, etiam c
jusvis adverſitatis, mihi co
placeo, & conquieſco. Qui
adeò ſum reſignatus, ut etia
æternùm damnari parat9 ſi
ſi ita velis, dummodo accep
voluntati Tuæ, per omnē æ
ternitatem nihil agam contr
rium; cui ſoli placere inte
do & concupiſco propter ſ
lum guſtum Tuum. licet nu
lum commodum meum. Te
nim, ò inæſtimabile Bonum
propter Temetipſum ſuper o-
mnia, toto eſſe & poſſe me
animitus diligo, & volunt
tem Tuam, quæ idem Tecu
eſt, unicè amo, amplector, &
exoſculor. eiq; intimè uni

& to-

& totaliter conformari ar-
dètiſſimè deſidero. Quàm vel-
lem, ſi poſſem mi Creator, &
Salvator, induere omnem cre-
aturam rationalem, ad obe-
diendum voluntati Tuæ, pro-
ut eidem omnis creatura irra-
tionalis obtemperat. Huic
me cum omnibus voluntatis
Tuæ cultoribus, ſigillatim in
hoc fœdere comprehenſis, ple-
nariè commendo, & unitivè
conſigno; ut ſicut Tu, o Tri-
na unitas! unum in Te es, ita
& nos tecū ſimus conſummati
in unum. Per hanc obteſtor
Te, o mi DEUS! Da nobis
perſeverantem in Tui volun-
tate famulatum, fac nos ſem-
per, voluntatis Tuæ memores,
& fideles ac conſtantes, in
ejus obſequio, ex motivo amo-
ris tui ut ſimus ſecundùm cor

Tuum

Tuum. Deniq; oro fiat de n-
bis, in nobis, & per nos, T-
perfectiſſimè in omnibus,
ſuper omnia, nunc & perp-
tim ſanctiſſima voluntas Tu-
Fiat inquam ad unicum la-
dis, honoris, & gloriæ T-
augmentum, fiat in holocauſ-
& tributum amoris Majeſt-
ti Tuæ debitum, ab om-
creatura, quod per Domi-
IESU, Beatiſſimæ Virginis &
Matris MARIÆ, atq; omn-
um Sanctorum merita, ex a-
fectu totius univerſitatis
unione omnium actuum me-
toriorũ, Tuæ dignitati grato-
rum, digneris clementer
acceptare.

A

M E

N.

.) (*.*

AP-

APPENDIX.

De indulgentiis ſodalibus B: M: Virginis Annuntiatæ ad Collegium Romanum Soc: IESU, à Sancta ſede Cõceſſis, & aliis congregationum Sodalibus, ejusdem SSmæ Matris ſub hoc, vel alio titulo, ubicunq; ad collegia vel Domos Soc. IESU erectarum, per participationẽ cum illa Romana Congregatione, communicatis.

Congregatio Sodalium Pretioſiſſimæ Virginis in primordiis Soc: IESU erecta eſt Romæ ad Collegium ejusdẽ Societatis ſub titulo Annuntiationis, quam magnîs privilegiîs & locuplete Indulgentiarum theſauro ſummi Pontifices dotarunt; annueruntq; benigniſſimè pro ſua circa animarum ſalutem paterna cura, & circa cultum Deiparæ promovendum devotiſſimo ſtudio, ut &

aliæ,

aliæ Congregationes penes Collegi
vel Domos Soc: JESU ubicunq; er
gendæ, hujus theſauri Indulgenti
rum participes fierent, tribuendo p
teſtatem Præpoſitis Generalibus e
jusdem Societatis, utì ad conferend
facultatem ejusmodi ſodalitia inſti
tuendi ſub illo vel alio titulo B: M
Virginis, ita & Indulgentias omn
co nceſſas primæ Congregationi Ro
manæ, illis communicandi. Proin
de æquum cenſui ut in hac appen
dice Doctrinarum ſcholaſticæ Juve
tutis eruditioni propoſitarum, ha
rum Indulgentiarum uſum intima
rem ſodalibus, & cathalogum earu
adjungerem. Univerſalitier de Indul
gentiis loquendo, harum commen
datione non videtur egere Chriſti
anus animus, ſalutis æternæ avidus
Cum enim per has tollatur pæna
per peccata contractus, qui graviſ
ſimîs & longiſſimîs quãdoque, juſ
ta

ta proportionem delicti, poſt mortẽ
in purgatorio, tolli deberet ſupliciis,
certè quilibet prudens & in animã
ſuam non impius, reſervari hãc no-
let acerbiſſimis & diutiſſimis pœnis
excedentibus omnes torturas vitæ
præſentis etiam ſimul ſumptas, o-
mnesq; acutiſſimorum verberum
dolores quæ tolerari deberent ab illa
ſine ullo merito, ſed purè ad ſatisfa-
ciendum Iuſtitiæ Divinæ, præeligetq;
huic ſatisfacere non arduô negotiô
per uſum indulgentiarum, piis ora-
tionibus, vel ſacræ communioni, a-
ut mortificationi corporis, non vio-
lentæ, annexarum, per hæc ſimul
præmia cœleſtia aucturus. In parti-
culari verò, Indulgentiæ, quibus ſe-
des Apoſtolica Congregationes ſo-
dalium B. M. Virginis ad collegia
Soc: IESU ditavit, indè ſe commẽ-
dant, quòd ſint certiſſimæ, & nun-
quam revocatæ, imò confirmatæ à
lum-

ſummis Pontificibus. Deinde qui
obligationes conditionesq; illaru
in executione ſunt faciles, ut pate-
bit ex Catalogo. Immitis rever
eris bone adoleſcens in te ipſum
ac tuam animam, dicere poſſum,
quia ſæviſſimus in hanc tyrannu
fies, dum theſaurum tantum i
manu habens, per tuam negligen-
tiam à Purgatorii ſuppliciis eam
non redimes, ſed in hæc ſponte e-
am præcipitabis. Aſſueſce itaq; ad
tuam ſalutem hunc theſaurum ex-
pendere, ita, ut non tantùm nunc
dum in ſtudio literarum verſa-
ris, illum in animam tuam
diſpenſes, verùm etiam to-
tâ vitâ tuâ ſequenti.

BRE-

BREVE COMPENDIUM JNDULGENTIARUM.

Prædictæ Congregationis SSmæ Virg: Ex Bulla ejus erectionis excerptum.

INDULGENTIA PLENARIA.

1. QUo die in ſodalitatem quiſpiã recipitur, ſi verè pænitens & confeſſus fuerit, eodem die Sanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſumpſerit in Eccleſia, ubi prædicta Sodalitas fuerit, vel ubi potuerit, plenariã omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem conſequitur.

2. Item in articulo mortis.

3. Quicunq; Sodales, aut qui extra ſodalitatem Chriſti fideles, utriuſq; ſexûs, verè pænitentes, & confeſſi, ac ſacra communione refecti, Eccleſiam, ſeu capellam, Oratorium,

 ſiv-

ſive locum, ubi erunt in die feſti-
vitatis ſeu ſolennitatis Invocationis
ſeu tituli, ſub quo unaquæquè ſoda-
litas erecta ſit, à primis ejus die
veſperis, usq; ad ſolis occaſum, ejuſ-
dem feſtivitatis, pie viſitarint; &
ibidem pro Reipublicæ Chriſtianæ
conſervatione & augmento, pro
Hæreſum extirpatione, Principum
Chriſtianorum mutua, & univerſali
pace, ac Romani Pontificis proſpe-
ritate oraverint; vel alias preces
pro ſua quisq; devotione ad Deum
effuderint, Indulgentiam plenariam
conſequuntur.

4. Jtem: Sodales, qui feſtis diebus
Natalis & Aſcenſionis Domini no-
ſtri IESU Chriſti, & Annuntiatio-
nis, Aſſumptionis, Conceptionis, &
Nativitatis B. M. Virginis verè pœ-
nitentes & Confeſſi SSmum Eucha-
riſtiæ Sacramentum, ibidem vel ali-
bi ſumpſerint.

JNDULGENIAM

Unius Anni conſequuntur Soda-
les toties, quoties.

1. Corpora Sodalium vel aliorum
Chriſti fidelium, ad Eccleſiaſticam
ſepulturam proſecuti fuerint.

2. Jtem infirmi, vel impediti, qui
audito ſigno campanæ, genu flexi,
ſi per infirmitatem licebit, orationē
Dominicam & ſalutationem angeli-
cam, pro ſalute animæ defuncti, vel
corporis infirmi recitaverint.

3. Qui cætibus tum publicis, tum
privatis interfuerint.

4. Qui Divinis officiis interfuerint.

5. Qui ſpiritualibus colloquiis &
exhortationibus interfuerint.

6. Qui piis officiis etiam in ſodali-
um, vel aliorum Chriſti fidelium de-
functorum, per ipſam Congregatio-
nem ordinandis, & ab Generali Soc:
JESU vel ejus vicario approbandis,
interfuerint.

7. Qui miſſæ ſacrificio diebus fe-
riatis interfuerint.

8. Qui conſcientiam ſuam, di-
genter examinaverint veſperi, a-
tequam cubitum eant.

9. Qui pauperes infirmos, tam S-
dales, quàm alios in Hoſpitalibu-
vel privatis domibus viſitaverin-

10. Qui carcere detētos inviſerin-

11. Qui pacem inter amicos co-
ciliaverint.

Has etiam omnes Indulgentias c-
ſequi poterunt Sodales ubivis lo-
rum commorantes, ſi apud Eccleſ-
eorundem locorum, aut alibi, ut p-
terunt, opera præſtabunt, quæ ſu-
ſervanda ad hujuſmodi Indulgen-
as conſequendas.

Omnes Indulgentias conſequuntur
Sodales ſtationum Eccleſiarum U-
bis, ſive intra ſive extra muros i-
lius, ſi diebus Quadrageſimæ, & -
lis anni temporibus, ac diebus ſt-
tionum

tionum hujuſmodi, Eccleſiam Soc:
IESU, ſi ibi fuerit, alioquin aliam
Eccleſiam, ſeu Capellam, in locis,
ubi eos, pro tempore eſſe contigerit
devotè viſitaverint.

INDULGENTIÆ STATIONUM A SEDE APOSTOLICA CONCESSÆ.

Sodalibus Congregationum B. Virginis MARIÆ in Domibus & Gymnaſiis Soc: IESU erigi ſolitarum; Excerptæ ex Bullis Gregorii 13. *& Sixti* 5.

INDULGENTIÆ.

Certis ſingulorum Menſium diebûs conceſſæ.

Menſe Ianuario.

Prima Januarii, In feſto Circumciſionis *plenaria*. *7ma* Ianuarii in feſto Epiphaniæ *plenaria*. 14 In feſto S: Felicis indulgentia ſtationum

num

num Urbis Romæ. 16. S. Mar[...]
li *plenaria.* 17. S: Antonii Abba[...]
plenaria. 18. S. Priſcæ V. Mar[...]
ris *plenaria.* 20 SSrum Fab[...]
ni & Sebaſtiani *plenaria.* 21. San[...]
Agnetis Virg: Mart: ſtationum U[...]
bis Romæ. 22. SSrum Vincentii[...]
Anaſtaſii, 40. annor: 25 Conv[...]
ſionis S. Pauli *plenaria.* 28 S. [...]
gnetis ſecundò, ducent: annorum[...]

In Februario.

Secunda Febr: Purificationis B. [...]
Virginis, *plenaria.* 5ta In feſto [...]
Agathæ 28 annor: 22. Cathed[...]
S. Petri *plenaria* 24. S: Mathiæ A[...]
poſtoli *plenaria.*

In Martio.

7. S. Thomæ Aquinatis, *plenar[...]*
21. S: Benedicti 200 annor. 24[...]
Vigil: Annunt. B. M. V. *plenar[...]*
25. Annuntiationis B. M. V. *ple[...]*

In Aprili.

23. S. Gregorii Martyris *plen[...]*
25

25. S: Marci Evangeliſtæ plenaria.

In Majo.

Singulis diebus Dominicis menſis hujus *plenaria.* 1. Maij Philippi & Iacobi, *plenar:* 3. Inventionis S: Crucis, *plenar:* 6. S: Ioannis ante portam latinam, *plenar:* 8. Apparitionis S: Michaëlis Archangeli, *ple:*

In Iunio.

Singulis diebus Dominicis Menſis hujus, *plenar:* 2. S: Marcellini: Indulgentiæ ſtationum Urbis Romæ. 12. S: Barnabæ *plenar:* 15 SS. Viti & Modeſti ac Creſcentiæ 100. annor: 24. Nativitatis S: Ioannis Baptiſtæ, *plenar:* 26, SS: Ioannis & Pauli Martyrum, ſtationum Urbis Romæ. 28. S: Leonis Papæ, eædem, 29. SSrum Petri & Pauli, *plenaria.* 30. commemorationis S: Pauli, *plenaria,*

In Iulio.

1. Viſitationis Vigilia, *plen.* 2. Viſitati-

ſtationis B. M. V: plen: 9. Oct
vâ ejusdem feſti, plen: 14. S: B
naventuræ plen: 17. S: Alexii ple
20. S: Margarethæ ſtation: Urb
Romæ. 21. S: Praxedis, eædem
22. S, Mariæ Magdalenæ plen: 2
S Apollinaris 100. annor: 24. S
Chriſtinæ 40. annor: 25. S: Iaco
bi Apoſtoli plen: 26 S: Annæ ple
27 S: Pantaleonis, Martyr: 48. an
28. SS: Nazarii & Celſi Mart: 3 an
norum 30 SSrum Abdon & Sen
nen. ſtation: Urbis Romæ.

In Auguſto.

1. S: Petri ad vincula *plen:* 3. In
vention: S: Stephani, *plen:* 4 S: Do
minici confeſ: *plen:* 5. S. MARIÆ
ad nives, *plenaria* 8. Srum Cyriaci
Largi & Smarag: Mart: *plen:* 10 S:
Laurentii Mart, *plen:* 11. S: Claræ
Virginis, *plen:* 14 Vigilia Aſſumpti-
onis B. M. V. ad veſperas, *plenaria*
15 Aſſumptionis B. M. V. *plenar*

16

16 & aliis diebus Octavæ Aſſum-
ptionis ſingulis 43 annor: Domini-
ca infra octavam Aſſupt: *plen:* 24
S: Bartholomæi *plen:* 28 S: Auguſti-
ni, *plen:* 29 Decollation: S: Ioan-
nis *plenaria.*

In Septembri.

7. Vigilia Nativitatis B. M. V.
plen. 8. Nativitatis B. M. V. *plen:*
14. Exaltationis S: Crucis *plen:* 20
S: Euſtachii, & ſociorum ſtationum
Urbis Romæ. 21 S: Mathæi Apoſt:
plen: 27 SS: Coſmæ & Damiani,
ſtationum Urbis Romæ. 29 S: Mi-
chaëlis Archangeli, *plen:*

In Octobri.

4. S. Franciſci Aſſiſin: *plen:* 18 S:
Lucæ Evangeliſtæ *plen:* 28 SS. Si-
monis & Iudæ, *plen:*

In Novembri.

1. Feſto OOum SSrum *plen:* 2.
Die fidelium Defunct: *plen:* 8. O-
ctava OO: SSrum, *plen:* 9. Dedica-

tionis

tionis, *plen:* 11. S: Martini Epiſ: Confeſſ: 3. annor: 18 Dedicatio Baſilicæ SS: Petri & Pauli, *plen:* 21 Præſentationis B. M. V. *plen:* 22. S: Ceciliæ Virg: Mart: *plen:* 23. S: Clementis Papæ, *plen:* 25. S: Catharinæ Virg: Mart: stationum Urbis Romæ. 30. S: Andreæ Apoſt: *plen:*

In Decembri.

4. S: Barbaræ Virg: Mart: ſtat: Urbis Romæ. 5 S: Sabbæ Abbatis 100 annor: S: Nicolai, *plen:* 7 S: Ambroſii *plen:* Et propter Vigiliam Conceptiouis B. M, V. *plen:* 8 Conceptionis B. M. V. *plen:* 21 S: Thomæ Apoſtoli 30 annor: 24 Vigilia Nativitatis Domini *plen:* 25 Die Nativitatis in prima & 2da miſſa, *plen:* 26 S: Stephani *plen:* 27 S: Ioannis Evangel: *plen:* & liberatio animæ è purgatorio. 28 SS: Innocentum. *plen:* 21 S: Sylveſtri ſtationum Urbis Romæ.

JN-

JNDULGENTIÆ STATIONUM URBIS ROMÆ.
IN FESTIS MOBILIBUS.

SIngulis diebus Dominicis Adventûs. Singulis diebus quatuor temporum Adventûs. Dominica ſeptuageſimæ. Dominica Sexageſimæ. Ab initio Quadrageſimæ ad feſtum Paſchatis, ſingulis diebus conſequuntur Sodales Indulgentias iisdem diebus conceſſas viſitantibus Eccleſias. Die Lunæ poſt cineres. Prima Dominica Quadrageſimæ. Die Lunæ poſt 2dam & poſt 3tiam Dominicam. Item die Martis, & Die Lunæ atq; die veneris Dominicæ 3tiæ in Quadrageſima. A Paſchate conſequntur Indulgentias ſtationum Urbis Romæ, die ipſo Paſchatis ac ſequenti, & aliis usq; ad Dominicam in Albis incluſivè, præterquam die Martis. Die Lunæ ma-

jorum

jorum Litaniarum Aſcenſionis Domini. Dominicâ Pentecoſtes, ſingulisq; diebus Octavæ ad Sabbathum incluſivè.

Liberatio animæ è purgatorio diebus hiſce conceditur.

Die feſto S: Ioannis Evangeliſtæ 27 9bris Dominica Septuageſimæ. Die Martis, poſt primam Dominicam Quadrageſimæ. Die Sabbati poſt Dominicam Paſſionis. Die Mercurii à Paſchate. Die Martis Pentecoſtes. Die Sabbati ab eodem Feſto. Jn feſto S: Ioannis Chryſoſtomi 27 Januarii. Die S: Ioannis ante portam latinam. 6 Maji Item Sabbato quatuor temporum in Septembri.

JNDEX

JNDEX RERUM

Jn Conſiderationibus & Doctrinis contentarum. Litera C: conſiderationem, Litera D. Doctrinam deſignat. Litera N. Significat numerū marginalem.

A.

Amor D E I, *v* D E I *Amor*
Jn adverſis non cadendum animô. D: 5 n 4.
Adverſa v Tribulatio, Patientia.
Animæ naturalis pulchritudo magna. C 9. n. 6. Major *accedente gratia* Jb: *maxima ex decore Gloriæ* Jb:
Æternitas pænarum inferni adumbratur c. 5. n. 3.
Et æternitas Beatitudinis, c. 9. n 9.
Quanta ſit ſtultitia, terrena bona curare, & æterna negligere. c. 9. n. 9.

B.

Beatitudinis Cæleſtis felicitas generatim

tim deſcripta c. 9. n. 1.
Beatitudinis Cæleſtis deſcriptio explanatur. Jb: 2:
Hæc Beatitudo cognoſci à nobis ſufficienter nequit Jb: 3.
Eſt depurata à malis, quæ cuilibet felicitati terreſtri conjunguntur. Jb: n. 3.
Beati corporis decora & ſolatia ibid. n. 5.
Beatæ animæ pulchritudo. v: Anima.
Beatificè videre DEUM, *quantum bonum* Jb: n: 7.
A contrario pœnæ damnatorum, magnitudo Boni viſionis DEI *Beatificæ deducitur* Jb:
Quanta ſit felicitas Beatorum ex viſione DEI. Jb:
Quid ſit amor DEI *Beatificus, & quanta ex eo profluit felicitas* Jb: 8.
Æternitas Beatitudinis v. Æternitas.
Bona Cæleſtia v. Cælum.

C.

Bona

Bona terreſtria reſpectu Cæleſtium viliſſima c. 9. n. 4.
Modiciſſimum quid illa reſpectu horũ Jb: n. 9.
Id agamus in terris. quod facturi ſumus in cælis Jb: n. 10.
Conſvetudo v. Habitus.
Converſatio cum nefariis via ad peccatum mortale d. 4. n. 1.
Debemus cum Chriſto pati in corpore c. 6. n. 1.
Frivolæ excuſationes à mortificationibus Corporis Jb:
Corruptores innocentum, latronibus ſæviores. d, 4. n, 1. *Pejores dæmonibus.* Jb: *Invectiva in eoſdem.* Jb:
Creaturarum uſus debet eſſe propter DEUM. c. 1. n. 4.

D.

Ineffabilis Dei pulchritudo. c. 9. n. 7.
Amare DEUM, *ipſiq; ſervire, Beatitudo eſt.* c. 1. n. 1.

Nil

Nil propter DEUM. Jb:
DEI ſolius indigentia verum deſe[illegible]
facit. Jb:
Solus DEUS nos perfectè diligit, [illegible]
ideo ſummè diligendus, ac ſupe[illegible]
omnia amandus. c. 7. n. 1.
Nil boni abſq; DEO, adeoq; nil ama[illegible]
dum præter DEUM, niſi propt[illegible]
DEUM Jb: n 3.
Amor DEI ſit contemptor mund[illegible]
Jb: Per realem contemptum in Re[illegible]
ligioſis, per avulſionem affectûs [illegible]
terrenis in uſu horum, à ſæcular[illegible]
bus. Jb:
Amore DEI oratio ferveat Jb: n. 5.
& alia ad immediatū. DEI cult[illegible]
ſpectantia. Jb:
Perficere nos debemus in amore DE[illegible]
Jb: n. 6.
Amor DEI faciat fortes contra mun[illegible]
dum & ſatanam, omnesq; tentation[illegible]
Jb: n. 7.
DEI voluntas, ac ei humana confor[illegible]
[illegible]ata v. Voluntas DEI. Quā

Quàm ſtulta ſit malitia ad Duella
deſcendentium. d. 5. n. 3.

F.

Felicitas Cæleſtis v. Beatitudo.

G.

Gloria Cæleſtis v. Beatitudo.
Menſura Gratiæ. d. 3. n 6.

H.

Modus eradicandi pravi habitus.
d. 6. n 2.
Ad evitandum pravum habitum, poſt
commiſſum peccatum gravius, ſinè
dilatione confeſſio. unusq; ſtabilis
confeſſarius eligatur. Jb:
Habituati ut tollant habitum, ta-
lem confeſſarium habeant. Jb:
Ad tollendum pravum habitum, patro-
cinium Beatiſſimæ efficax v. MARIA.
Homo mutationibus obnoxius c. 9. n. 2.
Honoris læſiones patienter ferendæ,
non ſolum à Religioſis, ſed & à ſe-
cularibus. c. 6. n. 3.

I.

Qq Ima-

Imagines v. Pictura.
Indulgentiæ Congregat: B. M. V. i[n] appendice Doctrinar:
Inimici, Injuriæ, v. Offenſa.
In inferno pœna damni c. 5. 1. Pœna ſenſûs Ib: 2. Æternitas pœnar[um] Ib: n: 3.
Innocentũ corruptores v: corruptore[s]
Pro Innocentiæ conſervatione Orati[o]ones. d: 4. n: 7.
Ad innocentiam conſervandam Patrocinium Beatiſſimæ efficax [V.] MARIÆ.
Intenticnis quotidianæ praxis d. [1] n: 1.
Intentio per diem renovanda. Ib. n. 2
Ex defectu intentionis magna dam[na] proveniunt. Ib: n. 3.
Miſera ſors eorum, qui ob fines va[nos] agunt multa & patiũtur Ib. [4]
Damna ex intentione vana rectæ ſ[e] immiſcente. Ib. n. 5.
Comparatio eorum, qui talem hab[ent] cum
cum Philiſtiis, Dagon. ſimul cum Arca colentibus. Ib. n. 6.
Iudicium DEI particulare rigidum c. 3. n. 3.
Iudicii DEI univerſalis deſcriptio. c. 4. n. 2.
In eo excuſationi non datur locus nec patrocinio. Ib: n. 3.
Sententiæ Iudicis in illo. Ib: 4.

L.

Lectio librorum obſcenorum, quàm noxia d. 4, n 4.

M.

A maledictis abhorre. d. 5. n: 2.
SSma. MARIA Virgo ſuper omnes creaturas amanda. c. 3. n. 1.
Et quia Mater miſericordiæ eſt Ib: n. 2. Et quia Domina noſtra optima Ib: n. 3. Et quia eſt Mater noſtræ ſalutis Ib: n. 4.
Modi colendi Bmam Ib: n. 5.
MARIA ſalutis medium. c. 1. n. 7
MARIÆ patrocinium ad tollendum

 vel

vel impediendum pravum habitum & ad innocentiam conſervandam. efficax. d. 6. n. 3.
Modi ad mortem frequenter ſe parandi. C. 3. n. 1.
Mors incerta. Ibid:
Mors optimus conſiliarius. Ib: n. 2.

O.

Oculorum negligens cuſtodia via ad peccatum mortale. D. 4. n. 2.
Odio habens inimicum, tortor eſt ſui ipſius D. 5. n. 4.
Qui offenſas non dimittunt ſententiã contra ſe dicunt, dum orationem Dominicam recitant. Ib: n. 2.
Ex imitatione Chriſti & ob ejus amorem condonandæ offenſæ Ib: n. 4
Otium. ad peccatum mortale via. D. 4. n. 5.

P.

Quanta paſſus Chriſtus in corpore Sãctiſſimo C. 6. n. 1. Quanta in honore Ib: n. 3. A quibus paſſus Ib: n. 4.

Paſſionibus ſeu inclinationibus inordinatis non regatur noſtra voluntas. Quibus à tenera ætate reſiſtendum. D. 6. n. 2.
Paſſiones nõ domitæ, ad nefaria quævis flectunt voluntatem Ib: Iisdem conniventia generat habitum nequitiæ, difficulter ſuperabilem Ib:
Ex imitatione & amore Chriſti injuriæ à quocunque illatæ patienter ferendæ C. 6, n. 4,
Ad patientiam Chriſtianam, à teneris animus præparandus. D. 5. n. 1.
Exempla patientiæ hæroicæ, in pueris & puerulis Ib: n. 4.
Peccantes mortaliter hoſtes ſunt animæ ſuæ & ſævi tyranni. C. 2. n. 1. & 2.
Lapſus in gravia peccata, à lapſu in minora facili Ib: n. 3.
Leviſſima ex cauſa DEUS offenditur. Ibid: n. 4.
Horrenda gravitas & malitia pec-

cati mortalis. D. 3. n. 1. 2.
Abominanda fæditas ejusdē Ib: n. 3.
Damna enormia ab eo inferuntur Ib: n. 4. Ejusdem penæ. Ib: n. 5.
Menſura peccatorum Ib: n. 6.
Via ad peccatum mortale converſatio cum nefariis. D. 4. n. 1. Et negligens cuſtodia ſenſuum, oculorum præſertim, Ib: n. 2. Et lectio librorum obſcænorum Ib: n. 4. Item otium, Ib: n. 5. frequens deliberatus in venialia lapſus Ibid: n. 6. Et ſermo jocoſus & turpiter ſcurrilis. Ib: n. 7.
Pictores imaginum obſcænorum graviſſimè puniuntur. D. 4. n, 3.
Ab aſpectu talium imaginum cavendum Ibid:
Domini qui in ædibus ſuis eas proponunt, perſtringuntur Ibid:
In Sanctorum Imagines inverecundè depictas invectiva. Ibid:

S.

Salu-

Salutis medium Chriſtus Dominus C. 1. n. 6. Et Sāctiſſima Mater Ibid: n. 7.
In quolibet ſtatu poteſt quisq; ſalvari. ſed non ſalvabitur in quocunq; D. 2 n. 1.
Pericula ſalutis incurrunt, qui ſtatū vitæ arripiunt, non ex Divina vocatione. Ibid:
Sermo jocoſus v. Via ad peccatum mortale.
Societas prava. v Ibid:

T.

Vagi in templo oculi, riſus & colloquia perſtringuntur. D. 1. n: 7.
Temporis uſus propter DEUM. C. 1. n. 3.
Terreſtria bona cum defectu., C. 9. n. 2.
Tribulationes proficuæ. D. 5. n. 4.

V.

Pericula ſalutis incurrunt qui ſtatū vitæ arripiunt, non ex Divina vocati-

cati-

catione. D. 2, n. 1.
Ad agnoſcendā vocationē Divinā, curetur puritas conſcientiæ Ib: n. 2.
Vocatio ad Religionem comprimitur in adoleſcentibus, dū hi corrumpuntur Ibid:
Frequens Confeſſio & communio medium ad agnoſcendam vocationem. Ib: n. 3. Taliter tentationes contra illam propulſantur. Ibid.
Orationes pro eligendo vitæ ſtatu. Ibid: n 4.
Quid ſit in re vocatio. Ib: n. 5. quid Divina? Ibid:
Unde dignoſcendæ? Ibid: 6.
Unde agnoſcet deliberans ſe vocari à DEO ad Religionem? Ibid:
Unde dignoſcet ſe vocari ad ſtatum ſpiritualem ſecularem? Ib: Et non ad Spiritualem. Ibid:
An perſuaſioni & diſſuaſioni humanæ vel imperio, inſiſtendum in electione ſtatûs. Ib: n. 7.

Pa-

Parentibus non obtemperandum in negotio vocationis, dum hanc impediunt Ib: & 8.
An? & à quo homine conſilium petendum de ſtatu vitæ eligendo Ib: n. 9.
Vocati ad Religionem conſulant de hoc negotio Confeſſarium. Ibid:
Quid cavendum adoleſcentibus? & quid ab iis agendum? poſt agnitā vocationem divinam ad ſtatum Religioſum. Ib: n. 10.
Dilatio in executione vocationis Religioſæ ſit ex inſtinctu dæmonis Ib:
Exempla infelicis exitûs è vita, eorū, qui executionem vocationis Religioſæ differebant. Ibid:
Vocati ad Religionem ante hujus ingreſſum ſeculi genio non indulgeant. Ib: n. 11.
Iidem difficultates ad hanc non timeant Ib: 12. Nec aſperitatem vitæ Religioſæ. Ib: n, 13.
Vocatus ad Religionem, oratione ſe ad hanc diſponat. Ib: n. 14. Ora-

Orationes ad hunc ſinem propoſitæ. Ib:
Conformitas cum voluntate DEI, fa-
cit homines ſimiles Angelis. D. 6.
n. 1.
Qui conformant ſe voluntati DEI, ſi[…]
ſub ſpeciali ejus cura. Ibid:
Conformitas cum voluntate DEI in-
dulgentiam cauſat peccatorum Ib:
In DEI voluntatem dum conijcis tu[…]
cum fænore hæc recipis, vel illi[…]
meliora & plura. Ib:
Conformitas cum voluntate DEI p[…]
catum reddit animum. Ib:
Ea non niſi bona ſunt, quæ â DEI vo-
luntatis beneplacito procedunt. Ib:
Nihil optandum niſi quod DEO pla-
cet. Ib: Dotibus & talentis &
DEI beneplacitô cõtenti ſimꝰ Ib:
Beatitudo in terris eſt in cõformitate
cum voluntate Divina. Ib:
Voluntas noſtra nõ ſe ipsã regat, ſed
DEI voluntate regatur, nè erremus
à ſalute æterna. Ibid: n: 2.

ERRATA

(*.*) + (*.*)

ERRORES CORRIGENDI
NON ALLEGANDI.

Præſ: juveuntis l: juventutis.
[Co]nſid: 1. n. 6 deniq; l: donisq;.
[Ib]id: meditandi l: medii tanti.
[Co]nſid: 2. n: 2 poliaret l: ſpoliaret.
[Ib]id: extinguibili l: inextinguibili.
[Ib]id: n: 3. ſiteterunt l: ſteterunt.
[C]onſid: 3. n: 1. Hedomada l. Hebdo-
mada.
[I]bid: momento & agoniæ l: momen-
to agoniæ.
[I]bid: n: 3, poteſt l. potes.
[C]onſid: 4. n. 1. vuluptates l: volu-
ptates.
[C]onſid: 5. n: 1 emetonis l: cmetonis
[I]bid: n: 2. frequentis l: ferventis.
[C]onſid: 6. n: 1. redi l: reddi.
[I]bid: viriu l: virium.
[I]bid: ſino l: ſine.
[C]onſid: 7. n: 2. expirem l: exſpirem.
[I]bid: n: 3. & & l: &.

Ibid:

Ibid: memu l: meum.
Ibid: n: 4. EEi l: Dei.
Conſid: 8 n. 1 Ipſe ipſe l: ipſ[e]
Ibid: ferculas l: fercula.
Ibid: n: 3 quam l: quum.
Ibid: n: 9 bearitudinem l: beati-
dinem
Conſid: 9 n: 9 adoleſces l. adoleſ[...]
Doctr: 1 n: 2 accupatio l: occu-
tio.
Ibid: n: 5 ſnperius l: ſuperiùs.
Ibid: n: 6 actionis l: actiones.
Ibid: enin l: enim.
Doctr: 2 n: 1. egeri:tis l: egeriti[...]
Ibid: n: 6. inimci l: inimici.
Ibid: n: 14. tpotenti l: potenti.
Ibid: Chiſtus l: Chriſtus.
Doctr: 3 n: 3 Laureantio l: Lauren-
tio.
Ibid: n: 4. omnai l: omnia.
Doctr. 4. n: 1. oum l: cum.
Ibid: mam l: nam.
Ibid: n: 3 moniſterio l: monaſterio.
Doctr: 5 n: 2 contumeliaruum l: con-
contumeliarum.
[...]r 6 n: 1 tranquititatem l: tranquillitatem.
[...]: n: 3 percorum l: porcorum.
[A]ppendice: univerſalitier l: univerſaliter.

[...]quo:; qui palpebram ſugerant,
oculo non dignare.

FINIS

BIBLIOTEKA UNIWERS. LUBELSKIEGO